

**<Lib. II, Q. 1, A. 1: Utrum immensitas divinae potentiae ad plura se valeat extendere causaliter et effective quam limitata intellectualis substantia possit capere cognitive>**

1. Circa materiam II *Sententiarum* in quo communiter quaerunt  
5 doctores de magnitudine divinae potentiae secundum rationem causaliter effectivam quaero utrum immensitas divinae potentiae ad plura se valeat extendere causaliter et effective quam limitata intellectualis substantia possit capere cognitive. Et arguo tribus mediis, et primo sic: immensitas divinae potentiae non potest ad extra  
10 producere aliquid simpliciter infinitum, et limitata intellectualis substantia hoc potest capere cognitive; ergo quaestio falsa. Consequentia patet et antecedens pro qualibet sui parte probatur. Et primo pro prima sic: nihil aliud a Deo potest esse Deo aequale; sed quodlibet infinitum simpliciter, si quid poneretur, esset coaequale;  
15 ergo nullum infinitum a Deo distinctum potest in esse produci. Consequentia patet, et maior est communiter theologorum. Sed probo minorem: sicut se habet infinitum extensive ad aliud infinitum extensive, si talia duo essent ita conformiter se haberent duo infinita intensive si essent; sed duo infinita extensive, si essent, essent  
20 simpliciter aequalia; ergo similiter duo infinita intensive; quod est propositum. Probatur aequalitas duorum infinitorum extensive, ut si per imaginationem a centro terrae protenderetur una linea in infinitum versus polum articum, et alia ab eodem centro protenderetur versus polum antarticum in finitum. Constat quod quot pedalia essent in uno  
25 illorum, essent et in alio, et sic quocumque alio infinito signato adhuc si esset versus quamcumque differentiam in infinitum tot pedalia essent in uno illorum quot in alio, ut patet manifeste, quare illa duo essent simpliciter aequalia; quod est propositum. Et secundo pars antecedentis apparet, nam intellectus non de nullo disputat cuius  
30 notitiam aliqualem non habeat; sed de hoc intellectus disputat; ergo propositum.
2. Praeterea, immensitas divinae potentiae non potest quodlibet accidens a suo subiecto separare, et hoc limitata intellectualis substantia potest capere cognitive; ergo quaestio falsa. Consequentia patet. Et antecedens pro secunda parte patet per rationem nunc immediate superius assignatam. Sed pro secunda probatur:| Deus non potest facere relationem sine fundamento et termino, nec tempus sine motu, nec motum sine mobili; et ista sunt accidentia; ergo propositum. Probo assumptum: nam contradictionem includit aliquem esse patrem

---

**211,4 Circa]** As in previous articles, certain passages were illegible because of scratches in the film from which the digitized images were created. In such cases the illegible words/phrases were marked with 3 dots: ... Etz

sine paternitate, et similiter similem sine similitudine, mensurari 40 secundum prius et posterius sine motu, vel pertransire spatium sine motu. Ergo hoc Deus non potest facere, aliter facheret contradictoria simul vera quod est destructivum primi principii; et per consequens prima pars illius antecedentis est vera.

3. Praeterea, immensitas divinae potentiae non potest producere 45 aliquid a se distinctum sibi coaeternum, et hoc intellectualis substantia potest capere cognitive; ergo consequentia falsa. Consequentia patet. Et antecedens pro secunda parte patet per rationem iam bis superius assignatam. Sed pro prima parte probatur, quia si Deus posset ad extra aliquid sibi coaeternum producere, aut creando aut generando. Sed nec 50 sic nec sic, ergo propositum. Probatur minor quod non creando, quia quodlibet quod per creationem producitur sic se habet quod per prius est suum non-esse quam suum esse, cum creatio sit de nihilo alicuius productio, ut patet per Magistrum, libro II distinctione 1; sed nullius aeterni non-esse praecedit suum esse; ergo nullum tale potest creative 55 produci. Nec etiam potest tale producere generando quoniam Deus mere contingenter agit ad extra; sed generatio est rei naturalis productio; ergo non potest aliquid a se distinctum producere generando. Et per consequens cum egressus rerum sit vel per viam naturalis productionis, vel per viam creationis, et nulla istarum 60 viarum, ut probatum est, Deus potest aliquid a se distinctum aeternaliter producere, sequitur minoris propositionis veritas evidenter.

4. Ad oppositum et pro veritate quaestionis, arguo unico medio 65 sic: quaelibet potentia infinita infinite excedit potentiam finitam; sed divina potentia est infinita intensive, intellectualis vero substantia creata est finita et limitata; ergo ipsam excedit in quacumque perfectione divina potentia infinita. Cum igitur posse Dei ad extra sit aliqua perfectio Deo correspondens, intelligere vero limitatae substantiae sit etiam ipsius perfectio, sequitur quod posse Dei ad extra omnem intellectualem excedit intellectualis substantiae limitatae, et per consequens ad plura se extendit immensitas divinae potentiae quam cognitio intellectualis substantiae limitatae; quod est 70 propositum.

#### <Status quaestionis>

75

5. Pro decisione istius quaestionis iuxta materiam primum argumentorum ad quaestionis oppositum adductorum, tres erunt

**211,53** nihilo] sit *add. sed del. C* **74** propositum] pro decisione quaestionis *add. rubr. C*

**54** per Magistrum] PETRI LOMBARDI, *Sent. in IV Libris Dist.*, II, d. 1, c. 2 (ed. I. BRADY, I, p. 330): Creare proprie est de nihilo aliquid facere.

articuli pertractandi. Quorum primus iuxta materiam primi argumenti erit iste: utrum ab immensa deitatis omnipotentia sit effective demonstrabilis aliqua species simpliciter infinita. Secundus iuxta materiam secundi argumenti erit iste: utrum immensa deitatis omnipotentia possit quodlibet accidens absolvere a qualibet dependentia subiectiva. Tertius iuxta materiam tertii argumenti erit iste: utrum aliqua quiditas essentialiter a Deo distincta poterit aeternaliter a deitatis omnipotentia produci causaliter effective.

C 148va

**<Art. 1: Utrum ab immensa deitatis omnipotentia sit effective determinabilis aliqua species simpliciter infinita>**

6. Pro declaratione primi articuli sic procedam. Primo investigabo generaliter de perfectionibus specierum; secundo descendam ad dicendum aliquid de quaesito. Pro primo igitur exsequendo quatuor sunt per ordinem declaranda. Primum erit declarare de termino a quo perfectionis specificae, et termino ad quem, ut videatur eius intensiva perfectio pariter et extensiva. Secundum declarandum est de excessu perfectionis speciei vel individui supra inferiorem quante sit, videlicet perfectionis finitae vel infinitae. Tertium declarandum est de imaginatione immutanda(?) circa perfectiones specificas, si sit per modum continui vel discreti. Et quartum erit declarandum de gradibus individualibus si aliquid speciebus propriis superaddant. Quibus declaratis satis plenarie manifestabitur imaginatio de perfectionibus specificis.

7. Antequam descendam ad primi declarationem, praemittam quasdam distinctiones necessarias ad hoc propositum pertinentes. Prima est de isto termino non-gradus qui dupliciter sumitur. Uno modo prout dicit negationem in genere; alio modo prout dicit negationem extra genus. Verbi gratia, cum dico non-homo, ista negatio potest esse in genere, id est quod nil aliud neget quam esse hominis, et sic permittitur esse aliarum rerum. Alio modo ut sit pura negatio ita quod si nihil esset, non-homo esset, et isto modo dicitur non-gradus simpliciter; sed primo modo non-gradus secundum quid ut sit non-gradus simpliciter non-esse simpliciter. Non-gradus vero secundum quid sit non-esse solum denominationis consimilis, utputa si datur vita, non-gradus sit non-esse vitae, et sic de similibus quibuscumque.

8. Secunda distinctio est de isto termino perfectio quae dupliciter sumi potest, videlicet secundum quid, et simpliciter. Est autem perfectio simpliciter sive denominatio perfectionis simpliciter quae si de aliquo dicitur, melius est ei ex hoc quam si de ipso suum contradictorium diceretur. Et per oppositum est de perfectione secundum quid, ut verbi gratia de primo(?) ens, vita, vita intellectualis quodcumque de quo diceretur vita melius esset ex hoc quam si de ipso

C 148vb non diceretur vita. Sed si de aliquo dicitur humanitas vel albedo, non propter hoc melius esset ipsum quam si de ipso suum oppositum diceretur, ut de angelo non esset melius quod esset humanitas quam non-humanitas.

**9.** Tertia distinctio quod perfectio, sive sit secundum quid sive simpliciter, quaedam est quidativa et quaedam distinctiva ut dicatur de illa perfectio quidativa quae aliam quidativam perfectionem denominationis alterius formaliter non excludit. Perfectio vero distinctiva sit illa quae aliam distinctivam perfectionem denominationis alterius secum formaliter non admittit. Verbi gratia, de primo ut sunt rationes transcendentes ens, vita et sic de similibus, quarum una formaliter aliam non excludit, quia idem potest esse ens et vita. Verbi gratia, de secundis, ut humanitas, bonitas et sic de similibus quarum una aliam formaliter non admittit, quoniam impossibile est humanitatem esse bonitatem vel e contra. 125

**10.** Quarta distinctio est quod harum perfectionum quaedam sunt natura priores, et quaedam natura posteriores, ut sit illa perfectio natura prior alia quam stat sine contradictione dici de aliquo, quamvis de ipso posterior non dicatur, et per oppositum dicatur de alia quae est natura posterior. Verbi gratia, in perfectionibus simpliciter quidativis stat ens de aliquo dici de quo non dicetur vita; sed e converso non videtur quod aliquid sit vita et nullo modo ens. 130

#### <Positio Ioannis de Ripa>

**11.** His igitur tamquam communibus praemissis intentionis meae est istam materiam secundum imaginationem magistri Ioannis de Ripa per prius aliquantulum declarare, et consequenter alias vias. Praemitto igitur quatuor regulas iuxta praefati doctoris imaginationem. Quarum prima sit ista: latitudo denominationis perfectionis simpliciter communicabilis creaturae incipit a non-gradu talis denominationis et terminatur ad gradum immensum denominationis consimilis exclusivae. Verbi gratia, pro intellectu propositionis signata quacumque denominatione perfectionis simpliciter creaturae communicabili, utputa ens vel vita. Ista denominatio vita incipit a non-gradu vitae, non dico cuiuslibet perfectionis quia non incipit a non-gradu entis, et terminatur exclusive ad gradum immensum denominationis consimilis Deo correspondentem. 145

**12.** Secunda regula est quod solius primae denominationis perfectionis simpliciter creaturae communicabilis non-gradus simpliciter est summus non-gradus. Verbi gratia, signata ratione entis, 150

---

**138** de] mg. a. m. C **158** creaturae...**159** simpliciter] in imo fol. C **159** est summus] iter.  
sed del. C

- 160 non-gradus entis est summus non-gradus, quia est non-esse simpliciter. Unde sicut prima denominatio est illa quae ex qualibet praesuppositione infertur, ita non-gradus talis denominationis est a terminis inferrens non-gradum cuiuscumque alterius denominationis, et talis proprie summus non-gradus potest merito appellari.
- 165     **13.** Tertia regula est quod cuiuslibet denominationis perfectionis simpliciter circa primam non-gradus est aliquis gradus<sup>166</sup> essendi. Verbi gratia, signata vita non-gradus ipsius esset non-esse vitae; non prout excludit esse simpliciter sed prout excludit esse vitae, admittendo tamen existentiam prioris perfectionis. C 150ra
- 170     **14.** Quarta regula est: signatus duabus denominationibus perfectionis simpliciter, quarum una est naturaliter prior alia et neutra est denominatio prima non-gradus posterioris, est aliquis gradus essendi distantior a non-esse simpliciter quam sit non-gradus alterius natura prioris. Verbi gratia, signatis istis duabus perfectionibus vivere, intelligere, non-gradus intelligentiae magis distat a non-esse simpliciter quam non-gradus vitae. Et ratio est, quia non-gradus vitae est ipsa ratio entis. Nunc autem magis distat a non-esse simpliciter vita quam faciat ens, et ita similiter non-gradus intelligentiae magis quam non-gradus vitae.
- 175     **<Subart. 2: Declaratur de termino a quo perfectionis specificae, et termino ad quem. Conclusio 1>**
- 180     **15.** His igitur regulis praemissis pono decem conclusiones. Quarum prima sit ista: in qualibet latitudine denominationis perfectionis simpliciter terminata exclusive ad gradum immensum denominationis consimilis infinitae sunt possibles species secundum superius et inferius ordinatae communicantes essentialiter in tali denominatione. Ista conclusio sic probatur: signo gratia exempli latitudinem entis. Tunc sic: in tali latitudine continentur duo gradus quorum unus est esse lapidis et aliis est esse hominis. Quaero igitur:
- 185     **190** vel esse hominis, excludendo illud quod superaddit ad esse simpliciter, est eiusdem specie cum esse lapidis, excludendo rationem quam superaddit ratio propria speciei lapidis, vel non? Si non, habetur propositum, quia sicut infinitae sunt possibles species, ita consimiliter infinitae sunt possibilis in qualibet denominatione essentiali. Si
- 195     **195** dicatur quod sic, tunc sequitur quod omnia participantia aliquam denominationem sive perfectionem consimilis denominationis essent eiusdem speciei, quod videtur falsum. Sic enim homo et asinus essent

---

**166** essendi] Either the initial numbering of Vat Lat. 1081 has skipped numbering folio 149 or this was not initially photographed for the microfilm; although nothing seems missing. Etz

eiusdem speciei, immo omnia essent eiusdem speciei, et per consequens tales duo gradus essendi sunt alterius speciei. Et sicut arguitur de istis duobus gradibus, ita potest argui de aliis 200 quibuscumque.

**<Conclusio 2>**

C 150rb

**16.** Secunda conclusio est haec: quaelibet species in gradu essendi intensive perfectio est generaliter quoad multitudinem perfectionum essentialium perfectior extensive. Ista conclusio sic 205 probatur: quaelibet species quanto in gradu essendi simpliciter existit perfectior, tanto est Deo similior; et quanto est Deo similior, tanto plures perfectiones essentiales continet; ergo quanto in gradu essendi perfectior, tanto plures perfectiones essentiales continet; sed quanto plures perfectiones essentiales continet, tanto est extensive perfectior; ergo quanto intensive perfectior in gradu essendi, tanto et extensive.

**<Conclusio 3>**

**17.** Tertia conclusio: cuiuslibet speciei perfectio quoad gradum essendi simpliciter attenditur penes distantiam a non-esse simpliciter. Pro intellectu istius conclusionis est advertendum quod circa hoc varie 215 fuerunt imaginati auctores. Quidam dixerunt istam perfectionem attendi penes maiorem approximationem ad summum; et alii penes maiorem distantiam a non-esse simpliciter, licet in rei veritate quoad rem parva distantia reperiatur. Unde si imaginemur sursum simpliciter et deorsum simpliciter, secundum naturam deorsum simpliciter est 220 centrum terrae, et sursum est circumferentia primi mobilis. Nunc autem quanto aliquid distat a centro, tanto est proximus circumferentiae primi datae sphaerae et e converso. Et ideo si quaeritur: penes quid attenditur esse altius? Tantum est quod dicatur penes distantiam a centro, sicut penes maiorem accessum ad 225 circumferentiam datae sphaerae; et ita appareat in proposito. Verumtamen verius dicitur quod illud est altius quod est magis a centro distans quam e converso. Et ratio est, quia si per imaginationem nullum esset corpus primum, sed esset in corporibus processus in infinitum, non posset assignari ratio praelibata, licet bene posset dici 230 quod esset distantia a centro.

**18.** Et sic conformiter diceretur de Deo quod est infinitus huiusmodi rerum perfectio non attenderetur penes maiorem approximationem ad summum, quia talis propinquitas videtur aequalis ratione suae infinitatis, sed potius penes distantiam a non-gradu 235 essendi simpliciter.

**19.** Ista conclusio sic probatur: quaelibet res tante est perfecta quante est; sed quante est, tante distat a non-esse simpliciter; ergo quante est perfecta, tante distat a non-esse simpliciter; ergo

- 240 quaecumque res alia magis distans a non-esse simpliciter est perfectior alia non tantum distante et per consequens apparet perfectio specierum quoad gradum essendi simpliciter attendere penes distantiam a non-esse simpliciter.

**<Conclusio 4>**

- 245 **20.** Quarta conclusio est haec: cuiuslibet speciei perfectio intensiva quoad esse specificum attenditur penes distantiam a non-gradu talis denominationis essentialis. Ista patet, quoniam sicut res in esse simpliciter denominatur tanta vel tanta, ita similiter in esse specifico tanta. Et per consequens sicut penes distantiam a non-esse 250 simpliciter attenditur perfectio rei quoad esse simpliciter, ita penes distantiam a non-esse rei denominationis speciei attenditur speciei perfectio quoad esse specificum. Et ita conformiter est de aliis sentiendum.

**<Conclusio 5>**

- 255 **21.** Quinta conclusio: quaelibet species finita magis distat a non-esse simpliciter quam a non-esse speciei propriae sui propinquius generis vel remoti. Ista conclusio sic probatur: quaelibet species finita magis distat a non-esse denominationis prioris quam posterioris; sed esse simpliciter est prior denominatio quam sit esse generis propinquius 260 vel remoti vel propriae speciei; ergo propositum. Consequentia et minor patent, et maior per regulam quartam.

C 150va

**<Conclusio 6>**

- 265 **22.** Sexta conclusio est haec: quaelibet species finita in latitudine entis intensior est secundum denominationem essentialiem priorem quam posteriorem. Verbi gratia, alicui enti finito correspondet ratio entis simpliciter et ratio vitae illudens intensius denominatur ens quam denominetur vita. Ista conclusio sic probatur: quaelibet species finita magis distat a non-esse denominationis prioris quam posterioris; sed cuiuslibet talis speciei perfectio attenditur penes maiorem distantiam a 270 non-esse simpliciter; ergo perfectior est secundum denominationem priorem quam posteriorem. Ut sic possit ratio confirmari: illud est mihi propinquius a cuius non-esse magis disto; sed magis distat species finita secundum istam imaginationem a non-esse prioris denominationis quam posterioris; ergo magis est sibi propinqua prior denominatio quam posterior, et per consequens secundum talem intensior est.

**<Conclusio 7>**

---

**261** regulam quartam] Cf. supra n. 14.

**23.** Septima conclusio: cuiuscumque speciei aliquid esse essentiale incipit ad non-esse simpliciter. Patet, nam cuilibet tali speciei correspondet prima denominatio perfectionis simpliciter, et 280 quaelibet talis(?) incipit a non-esse simpliciter; ergo propositum.

**<Conclusio 8>**

**24.** Octava conclusio: nullius speciei aliquid esse essentiale citra esse simpliciter incipit a non-gradu essendi simpliciter. Patet per tertiam regulam, quia non-gradus eius est aliquis gradus positivus; 285 quare propositum.

**<Conclusio 9>**

**25.** Nona conclusio: nulla species in latitudine entis ponibilis potest incipere a non-gradu essendi simpliciter secundum rationem specificam. Patet, quia quaelibet ratio specifica est posterior prima 290 denominatione; ergo quaelibet talis incipit circa non-gradum essendi simpliciter.

**<Conclusio 10>**

**26.** Decima conclusio: nulla species in entibus terminata ad aliquem gradum finitum essendi terminari potest ad gradum 295 primarium exclusive. Ista patet per primam conclusionem, quia tunc non in qualibet denominatione essent infinite species possibles, nam ex quo una finita terminatur ad Deum exclusive, non esset talium infinitas quovis modo. Et sic appareat qualiter intelligendus est terminus a quo et terminus ad quem in perfectionibus specierum, 300 imaginatio ergo tota in hoc consistit.

**<Subart. 2: Declaratur de excessu perfectionis speciei vel individui supra inferiorem quante sit, videlicet perfectionis finitae vel infinitae>**

**C 150vb 27.** Consequenter| videndum de secundo nostrum propositum 305 declarante, videlicet de excessu superioris speciei super inferiorem, vel superioris individui supra inferius secundum perfectionem.

**<Conclusio 1>**

**28.** Pro cuius declaratione quatuordecim pono conclusiones. Quarum prima est haec: non est possibile aliquem gradum in aliqua 310 latitudine denominationis perfectionis simpliciter creaturae communicabilis citra supremum inclusive latitudinem huiusmodi

---

285 tertiam regulam] Cf. supra n. 13.

- terminantem quovis modo existere infinitum. Ista conclusio sic intelligitur: capta aliqua latitudine, puta entis, et signato supremo gradu ipsius inclusivo, citra ipsum non est possibile quod aliquis sit infinitus. Ista conclusio sic probatur: capio per imaginationem latitudinem iustitiae cuius supremus gradus sit *a*, et sit *b* gradus infinitus citra *a*. Tunc arguo sic: *b* est gradus infinitus, ergo *b* in infinitum distat a non-esse propriae denominationis; ergo *b* tante distat a non-esse propriae denominationis, quante potest aliquid a non-esse talis denominatione distare; et per consequens *b* tante distat a non-esse propriae denominationis quante *a*; et per consequens *a* non est gradus superior *b* cum sint simpliciter aequalis, eo quod uterque ipsorum in infinitum distat a non-esse propriae denominationis.
- 325     **29.** Et confirmatur in exemplo familiari. Si enim ab aliquo puncto versus oriens pertrahentur duae lineae in infinitum, una illarum non plus distaret a tali punto quam alia, ex quo quaelibet in infinitum protrahitur. Ergo a simili in proposito, si *a* et *b* in infinitum distant a non-esse propriae denominationis, *a* nullo modo plus distabit a tali non-esse quam *b*. Et per consequens *a* et *b* aequaliter distabunt; et per consequens perfectionaliter *a* non excedit *b* et ita nec est superior *b*, quod est contra positum, nam dicitur quod *a* est gradus supremus et *b* gradus citra; quare propositum.

**<Conclusio 2>**

- 335     **30.** Secunda conclusio est haec: signata tota latitudine essendi tantum gradus supremus terminans inclusive totam huiusmodi latitudinem est infinitus. Verbi gratia, pro sua imaginatione imaginatur namque quod cuiusmodi latitudini denominationis perfectionis simpliciter creaturae communicabilis correspondent duo gradus versus 340 extremum intensius, unus est inclusivus et alter exclusivus. Exclusivus est gradus divinitatis immensus consimilis denominationis. Sed inclusivus est gradus in quem unitive concurrit tota latitudo propriae denominationis citra se. Quod autem solum talis sit infinitus<sup>C 151ra</sup> probatur: sit talis gradus, gratia exempli *a*. Tunc arguo sic: tante *a* est perfectus 345 gradus in esse propriae denominationis quante distat a non-esse propriae denominationis; sed in infinitum distat a non-esse propriae denominationis; ergo *a* est infinitus gradus in tali denominatione. Consequentia et maior patent. Sed minor apparet, quoniam latitudo denominationis cuius *a* est gradus supremus terminatur ad gradum 350 immensum exclusive; ergo de facto est infinita. Et per consequens si quis sit in ea supremus gradus est infinitus. Cum igitur *a* sit tale, sequitur propositum. Sed quod *a* solus in tali denominatione sit

---

326 in] mg. C

infinitus appetet, quia quilibet gradus citra *a* est finitus, ut patuit per praecedentem conclusionem; ergo propositum quod est veritas conclusionis.

355

**<Conclusio 3>**

**31.** Tertia conclusio est haec: quilibet gradus specificus vel individualis infra latitudinem essendi simpliciter tantum finite distat a non-esse simpliciter. Ista conclusio patet ex praecedente. Nam quilibet gradus citra supremum in tali dneominatione est finitus; sed quilibet gradus specificus vel individualis infra latitudinem essendi simpliciter est gradus citra supremum in tali denominatione; ergo quilibet talis est finitus, et per consequens finite distans a non-esse simpliciter. Consequentia patet, et minor est de se nota, et maior patet per praecedentem conclusionem; quare propositum.

360

**32.** Et potest alliunde confirmari, nam si aliquis gradus huiusmodi esset infinitus et est infra certam latitudinem, signo tunc aliquem superiore, et quaero: aut talis aequaliter distat a non-esse simpliciter et cum primo dato, aut non? Si sic, sequitur quod unus non est superior alio. Si non, sequitur quod alter ipsorum non est infinitus et per consequens nec gradus primo datus. Consequentia ista probatur, quia si aliquis illorum non est infinitus, maxime dicendum est de gradu inferiori; quare propositum.

365

370

**<Conclusio 4>**

**33.** Quarta conclusio est haec: quilibet gradus specificus infra latitudinem entis simpliciter continens aliquam latitudinem finitam tantum laitudinem propriae speciei includit. Ista conclusio sic probatur: quilibet gradus infra aliquam latitudinem plus distat a non-esse simpliciter quam a non-esse propriae speciei, ut patuit in praecedenti consideratione. Sed quilibet talis gradus finite tantum distat a non-esse simpliciter; ergo et similiter a non-esse propriae denominationis; et per consequens finitam tantum latitudinem in esse propriae speciei includit. Consequentia patet. Sed minor probatur, nam quilibet talis gradus est infra latitudinem entis simpliciter, et per consequens citra supremum. Et si sic, nullo modo distat nisi finite a non-esse simpliciter, aliter darentur duo gradus: unus citra alium in eadem latitudine quorum quilibet est infinitus, quod est falsum.

375

380

385

C 151rb

**<Conclusio 5>**

**34.** Quinta conclusio est haec: quibuscumque duabus speciebus signatis infra latitudinem et essentialiter ordinatis, superior per finitam tantum altitudinem excedit inferiorem. Ista conclusio sic probatur:

390

---

353 finitus] infinitus *sed corr. C* 377 Ista...379 speciei] *in imo fol. C*

nam signentur aliquae tales duae species citra primam quae terminat inclusive totam huiusmodi latitudinem, sit una, scilicet superior *a*; et altera, scilicet inferior *b*. Et arguo sic: *a* tantum finite distat a non-esse simpliciter; sed *a* non magis excedit *b* quam distat a non-esse simpliciter; ergo *a* tantum finite excedit *b*. Consequentia patet. Et maior ex hoc, nam *a* est gradus citra summum in sua denominatione; ergo propositum, et per consequens conclusio vera.

### <Conclusio 6>

400     **35.** Secunda conclusio est haec: quaelibet species superior infra latitudinem entis finitam tantum habet proportionem, tam arithmeticam quam geometricam ad quamcumque speciem inferiorem. Haec conclusio sic probatur. Et probo primo de proportione geometrica: nam signetur aliqua denominatio perfectionis simpliciter, utputa entis, et signo duas species in ea quarum quaelibet sit citra supremum gradum talis denominationis. Sit una illarum specierum perfectior, videlicet *a*, et altera, videlicet imperfectior, sit *b*. Tunc sic: vel *a* secundum illam denominationem habet tantum finitam proportionem ad *b*, vel non. Si sic, habetur propositum. Si non, igitur *b* gradus infinites replicatus constituit adaequate *a* gradum et per consequens *a* gradus est infinitus. Consequens est contra casum, quia tunc *a* esset supremus gradus in tali denominatione cum nullus citra supremum possit esse infinitus. Sed consequentia probatur, quoniam quilibet gradus existens in aliqua latitudine, finities vel infinites 415 replicatus, constituit totam latitudinem; sed *b* est gradus in tali latitudine; ergo finities vel infinites replicatus constituit talem latitudinem. Cum igitur *a* gradus vel sit tantus praecise intensive quantus est sua latitudo, vel minor. Sequitur quod si *b* gradus infinites replicatus constituit suam latitudinem, quod et similiter constituet *a* gradum, et per consequens quam latitudo huius est infinita, tam et gradus *a* erit infinitus.

420     **36.** Praeterea, probo quod similiter tantum finitam proportionem arithmeticam *a* habet respectu *b*. Nam quaero: numquid in *a* sint finitae denominations perfectionis simpliciter, vel non? Si sic, ergo cum *b* non habeat plures sed pauciores, sequitur quod secundum certum numerum perfectionum *a* excedit *b*. Si dicatur quod sunt infinitae, tunc sequitur quod *a* est infinita. Probo consequentiam, nam si quilibet gradus latitudinis entis concurreret in *a*, *a* esset infinitum in tali

---

418 quantus] quanta(?) C

C 151vb denominatione; sed ex hoc quod de qualibet denominatione perfectionis simpliciter aliquis gradus correspondet *a*, *a* non est minus perfectum quam tunc foret; ergo nunc de facto esset perfectionis infinitae, quod est propositum. Et sic apparet quod sive fiat comparatio duarum talium specierum secundum participationem plurium denominationum perfectionis simpliciter vel secundum participationem intensiorem eiusdem dneomiantionis perfectionis simpliciter, *a* tantum finitam proportionem habet ad *b* ut ad praesens proportio geometrica sit comparatio duarum specierum respectu eiusdem dneomiantionis secundum variam participationem ipsius. Proportio vero arithmeticā fit comparatio talium specierum secundum maiorem participationem plurium denominationum perfectionis simpliciter. Et sic apparet praedictae conclusionis veritas evidenter.

**<Conclusio 7>**

37. Septima conclusio est haec: nullus gradus specificus in latitudine entis simpliciter est indivisibilis perfectionaliter. Ista conclusio sic probatur: quilibet gradus in latitudine entis imaginarie replicatus constituit aliquam latitudinem; sed nullus gradus indivisibilis perfectionaliter imaginarie replicatus, finities vel infinites, constituit aliquam latitudinem; ergo nullus gradus indivisibilis perfectionaliter est gradus specificus. Consequentia patet, quoniam ex quolibet gradu specifico multotiens replicato constituitur latitudo. Et maior patet, aliter si non posset quilibet gradus in tali latitudine per sui replicationem constituere latitudinem, sequeretur quod non plus ex diversis gradibus constitueretur latitudo quam ex punctis constituatur linea, quod non videtur verum, eo quod gradus sunt partes latitudinis.

38. Et confirmatur, nam signo differentiam specificam hominis qua supraadditur super speciem inferiorem. Et quaero: numquid tale esse correspondet homini divisibiliter, vel indivisibiliter? Si primo modo, habetur propositum. Si non, ergo sequitur quod tantum indivisibiliter excedit speciem inferiorem, et per consequens species superior non esset perfectior specie inferiori. Probatur consequentia, nam si imaginemur aliquam lineam cui addatur *a* punctus, per ablationem *a* puncti, talis linea non est maior nec minor. Si ergo in proposito species superior indivisibiliter tantum excederet inferiorem, sequitur quod inter ipsas nulla esset ex hoc inaequalitas perfectionis.

**<Conclusio 8>**

465

39. Octava conclusio: quilibet gradus specificus infra latitudinem entis continet essentialiter aliquam latitudinem intensivam. Ista conclusio quasi sequitur ex praemissa, nam cum quilibet talis sit et non sit perfectionaliter indivisibilis, sequitur quod

470 est perfectionaliter divisibilis, et per consequens continens aliquam latitudinem intensivam.

**40.** Et potest alliunde probari: signetur aliquis gradus quem superaddit species superior supra inferiorem. Et quaero: numquid talis per aliquam latitudinem distet a non-esse talis denominationis? vel  
 475 non? Si sic, cum ipse perfectionaliter contineat talem latitudinem, sequitur quod est divisibilis intensive. Si non, sequitur quod si indivisibiliter distat a non-esse simpliciter quod est infinitae remissionis, quod est impossibile. Et consequentia patet, nam taliter distaret a non-esse talis denominationis quod non posset minus distare,  
 480 quod propositum.

C 151vb

**<Conclusio 9>**

**41.** Nona conclusio: in qualibet specie infra latitudinem entis est possibile individuare in quod concurrat unitive gradus remissior latitudinis perfectionis specificae sine gradu intensiori. Ista conclusio  
 485 sic probatur: non magis latitudo perfectionis specificae ex se determinatur ad esse individuorum quam genera vel transcendentia ad suas species; sed huiusmodi genera et transcendentia sic se habent quod stat ipsa unitive concurrere cum aliqua specie secundum gradum remissiorem sine intensiori, ut patet de speciebus diversis in genere  
 490 animalis; ergo et hoc est absolute possibile de specie respectu individualis perfectionis. Consequentia patet et maior declaratur. Nam inter species sub eodem genere videtur ordo essentialis, cuiusmodi non appetet de speciebus respectu individuorum; ergo a fortiori, si in generibus et speciebus hoc reperitur, multo magis est in individuis et  
 495 speciebus imaginandum; quare propositum.

**<Conclusio 10>**

**42.** Decima conclusio est haec: cuilibet individuo cui correspondet maior latitudo perfectionis specificae, correspondent similiter maior latitudo essendi simpliciter et cuiuslibet alterius  
 500 denominationis essentialis communioris. Ista conclusio sic probatur: si *a* individuum secundum imaginationem cresceret in specie hominis, consequenter cresceret in esse entis vitae et cuiuslibet alterius dneominationis essentialis communioris; ergo propositum. Consequentia patet. Et antecedens ex hoc: aliter staret quod cresceret  
 505 in esse hominis et non in esse entis, et ita staret aliquam rem quae nunc est homo esse et non esse hominem, quod est impossibile. Et consequentia patet, nam signo nunc tale esse quod est homo. Si stat hominem crescere in esse specifico et non tale esse, et consimiliter minui, minuatur esse specificum hominis usque ad non-gradum talis  
 510 denominationis; tunc sequitur propositum, videlicet quod tale esse

quod est homo postmodum erit et non erit homo, quod est falsum; et per consequens conclusio vera.

**<Conclusio 11>**

**43.** Undecima conclusio est haec: cuilibet individuo individualiter perfectiori correspondet in eadem specie gradus specificus perfectior. Ista conclusio sic probatur: nam sicut maior latitudo essendi correspondet speciei perfectiori quam correspondeat speciei imperfectiori, ita maior latitudo perfectionis specificae correspondet individuo perfectiori quam individuo minus perfecto. Sed primum est verum, ergo et secundum. Consequentia patet. Et C 152ra maior| apparet, nam consimilis habitudo utrobique videtur. Et potest etiam per consimilem rationem apperere, sicut fuit dictum de praecedente. Aliter staret quod aliquid individualiter intenderetur, et nullo modo acquireret pectorem gradum specificum, et ita si minueretur usque ad non-gradum, adhuc remaneret ratio specifica sine sui quacumque mutatione cum hoc quod nullum esset individuum, quod est impossibile; et per consequens conclusio vera. 525

**<Conclusio 12>**

**44.** Duodecima conclusio est haec: cuilibet speciei infra latitudinem entis finita tantum latitudo individualis potest correspondere. Ista conclusio sic probatur: nulli speciei potest correspondere maior latitudo individualis quam latitudo specifica; sed cuilibet speciei infra latitudinem entis finita tantum latitudo specifica correspondet; ergo et individualis. Consequentia patet et maior, aliter si latitudines essent inaequales, videlicet individualis et specifica, staret aliquid esse individuum in specie hominis et non esse hominem vel e contra, quod est impossibile; quare propositum. Et minor apparet per praecedentia; quare propositum. 530 535

**<Conclusio 13>**

**45.** Tertiadecima conclusio sit ista: cuilibet speciei infra latitudinem entis correspondere potest aliquod supremum individuum et finitum. Ista conclusio sic probatur, et ad praesens intelligitur conclusio, exponendo illi ... superlativum negative, videlicet quod nullum sit possibile maius, quamvis infinita talia in aequalitate sint possibilia, quia quod nullam includit repugnantiam est absolute possibile; sed ita est in proposito; ergo conclusio vera. 540 545

**46.** Similiter si latitudo infinita potest unitive concurrere in unum gradum infinitum qui ipsam terminet inclusive, sequitur a fortiori quod hoc est possibile de latitudine finita quod concurrat unitive, ad unum gradum supremum; et primum est possibile secundum istum doctorem, ergo et secundum. 550

47. Et ex ista conclusione sequitur correlarie quod unum individuum plus distat a non-esse simpliciter quam aliud, et hoc loquendo de individuis eiusdem speciei. Et per consequitur sequitur quod unus homo est magis homo quam alias, et sic de similibus quibuscumque.  
 555

**<Conclusio 14>**

48. Quarta decima conclusio et finalis est: nullum individuum speciei superioris, infra latitudinem entis, exceedere potest aliud in quacumque inferiori specie infinite. Ista conclusio sic probatur: nam signo per imaginationem individuum supremum in specie angeli quod sit *a*. Et signo in specie communi et sit *b*. Et arguo sic: *b* per aliquam latitudinem distat a non-esse simpliciter et solum finite, et *a* non infinite plus distat a non-esse simpliciter quam *b*. Ergo *a* non est infinite essentialiter<sup>c</sup> perfectius quam sit *b*. Consequentia patet. Et minor ex hoc, quoniam latitudo, tam individualis quam specifica, inter *a* et *b* est solum finita; ergo *a* non infinite distat a *b*, et per consequens nec a non-esse simpliciter, cum *b* solum finite distet a tali non-esse.  
 560  
 565

c 152rb

49. Sic igitur appetit secundum viam istius doctoris qualis excessus est speciei ad speciem et individui ad individuum. Unde positio quae ponit unam speciem in latitudine entis aliam exceedere infinite, impossibilis est apud imaginationem istius doctoris.  
 570

**<Subart. 3: Declaratur de imaginatione circa perfectiones specificas, si sit per modum continui vel discreti. Conclusio 1>**

575 50. Tertium pro nunc declarandum circa imaginationem de perfectionis specierum existit si debeat imaginari per modum continui vel per modum discreti. Pro cuius declaratione undecim pono conclusiones. Quarum prima est haec: quaelibet species in latitudine entium situata formabilis est in esse ex aliqua replicatione unitatis divinae. Et pro declaratione istius conclusionis advertendum est quid nomine replicationis unitatis divinae intelligit iste doctor. Imaginatur namque quod divina essentia non solum est rerum causa effectiva, sed etiam exemplativa seu formativa, ut alias dictum est in ultima quaestione primi, secundum suam opinionem. Et ita ponit 580 quodammodo duplē causalitatem divinae essentiae respectu creaturarum, formativam videlicet et effectivam. Ista autem rationes exemplares sunt ab invicem formaliter ... quae sunt propriae rationes essentials et ex natura rei primae unitates formales unitative concurrentes ad unicam et simplicissimam realitatem divinae naturae.  
 585  
 590

Nunc autem, quia quaelibet creatura est quaedam participatio divini esse, et haec participatio non potest intelligi nisi penes aliquam

---

583 dictum est] Cf. PETRI DE CANDIA, *Lectura in I Sent.*, q. 6, art. ???

huiusmodi unitatum quae est ratio formativa, ideo quando aliqua creatura in esse producitur, hoc provenit ex participatione talium rationum. Et ideo nil aliud est rem formare ex aliqua replicatione unitatis divinae quam divinam essentiam a creatura participari secundum varias rationes essentiales. Et ita divina essentia intelligitur quodammodo rerum creabilium numerus formativus, prout sapiens Sap. 2 cap. dicit: *Omnia in numero, pondere et mensura fecisti.* Sic 595 igitur apparet quid nomine replicationis unitatis divinae intelligitur.

**51.** Ista igitur conclusio sic intellecta probatur: quilibet numerus per participationem formatur in esse ab aliquo tali numero secundum essentiam, quia omne quod est per participationem reducitur ad aliquod tale per essentiam. Cum igitur quaelibet species sit quidam numerus perfectionaliter secundum participationem, ut patebit inferius, sequitur quod quaelibet species formatur in esse per aliquam replicationem unitatis divinae; et per consequens conclusio vera. 600 605

C 152va Consequentia patet, et processus per declarationem.]

### <Conclusio 2>

**52.** Secunda conclusio est haec: impossibile est ab unitate immensa formaliter species aequales in esse formari. Ista conclusio sic 610 probatur: sicut se habet unitas mathematica ad species numerorum, sic vita divina ad species in latitudine entium situatas; sed impossibile est ab unitate mathematica species numerorum provenire aequales; ergo et similiter impossibile est ab unitate immensa species creaturarum aequales in esse formari. Consequentia patet. Et maior ex hoc, 615 quoniam consimilis videtur habitudo unitatis mathematicae ad numerum mathematicum et veritatis divinae ad species creaturarum. Et minor est manifesta, quoniam nulli duo numeri in tali progressu sunt aequales, cum semper posterior superaddat unitatem aliquam supra primum; et per consequens numquam provenient duo numeri 620 aequales.

**53.** Praeterea, si ab unitate immensa provenirent species aequales, cum non sit maior ratio quod duae species sint aequales quam quod omnes, sequitur quod omnes species essent aequales. Consequens est falsum, ergo et antecedens. Consequentia patet ex hoc, 625 quoniam species superior superaddit inferiori; ergo quaecumque duae species signarentur, ipsae essent inaequales, et per consequens quam impossibile est duo inaequalia esse aequalia, tam et quaelibet inaequalia esse aequalia. Probo assumptum, nam species, ut dicit prima conclusio formalis est in esse ex aliqua replicatione unitatis 630

---

**598** Omnia...fecisti] Rectius Sap. 11, 21; versio Vulgata habet: “*Omnia mensura et numero et pondere disposuisti.*” **630** prima conclusio] Cf. supra n. 50-51.

divinae nec ergo ex eadem replicatione formaliter vel ex varia nisi(?) eadem, quia sic essent in divina et non species. Si ergo ex varia, sequitur propositum quod hoc fit per additionem perfectionalem superioris supra inferiorem; quare propositum.

635     **54.** Sed forsan hic DICITUR quod ista conclusio non videtur vera pro eo quod anima intellectiva et homo non constituuntur in esse per variam replicationem unitatis divinae, cum eiusdem perfectionis intensive sit homo et anima intellectiva. Similiter dicitur de qualibet forma respectu sui compositi.

640     **55.** Ad istud breviter DICO, secundum imaginationem istius doctoris, quod ad istud posset dupliciter responderi. Primo quod homo et anima intellectiva non ponunt nisi unum gradum specificum, et ideo anima non esset proprie in specie nisi reductive, sicut dicimus quod punctus est in praedicamento quantitatis reductive. Et ita conformiter 645 diceretur de qualibet forma respectu sui compositi, et sic instantia non procederet. – Alio modo potest dici quod specierum quaedam sunt communicantes, et quaedam incommunicantes. Communicantes sunt illae quae non differunt penes ultimam perfectionem superadditam, ut sunt homo et anima intellectiva; incommunicantes ceterae aliae. Nunc 650 autem conclusio intelligitur de speciebus incommunicantibus, ut sit sensus conclusionis quod ab unitate immensa non possunt species| incommunicantes aequales simpliciter provenire; quod est propositum.

C 152vb

**<Conclusio 3>**

655     **56.** Tertia conclusio est haec: inter quaslibet species signabiles non communicantes necessario, secundum superius et inferius, est ordo essentialis. Ista conclusio sic probatur: quaecumque sunt in perfectione inaequalia, unum est perfectius alio; sed quaelibet species non-communicantes sunt inaequales in perfectione; ergo una est perfectior alia. Et tunc ultra: omnia quae se habent secundum superius 660 et inferius in perfectione sunt essentialiter ordinata; sed omnia inaequalia in perfectione se habent secundum superius et inferius in perfectione; ergo omnia talia sunt essentialiter ordinata. Et per consequens species non-communicantes necessario secundum superius et inferius habent ordinem essentiale; quod est propositum.

665     **57.** Praeterea, signo aliquem gradum essendi qui sit *a*. Tunc arguo sic: *a* gradui, ratione essendi simpliciter, non repugnat infinitas et multiplicatio actuationum sive specierum propter potentialitatem et indifferentiam ad differentiam specificam actuantem. Ergo ubi est repugnantia, non videtur quod aliunde proveniat quam ex specificis 670 differentiis actuantibus. Vel ergo haec repugnantia provenit quia una differentia est prior altera, vel quia una actuat intensius alia. Si primo modo, habetur propositum quod adhuc inter species est ordo essentialis, licet illa causa non potest esse sufficiens, quia in individuo

eiusdem speciei concurrunt res multarum differentiarum respectu  
 specierum inferiorum, utputa in homine concurrunt vita sensitiva et 675  
 vegetativa, et tamen ibi non est specifica diversitas. Si detur secunda  
 causa, videlicet quod huiusmodi differentiae actuant secundum  
 intensius et remissius, habetur propositum quod necessario inter  
 huiusmodi species non-communicantes est ordo essentialis. Declaro  
 rationem: Sorti competit quod sit animal et similiter quod sit homo; 680  
 ratione animalitatis Sorti non repugnat quod sit equus vel asinus, quia  
 ratio animalitatis ad huiusmodi rationes est potentialis et indifferens.  
 Si ergo sibi repugnat quod sit asinus, unde oritur ista repugnantia?  
 Non apparet quod aliunde nisi ratione differentiarum. Vel ergo  
 differentiae repugnant propter rationem prioris et posterioris, vel 685  
 propter hoc quod una differentia intensius actuat rationem animalitatis  
 quam faciat alia. Si primum detur, habetur propositum. Tamen ratio  
 non est sufficiens, quia duae rationes quae se habent secundum prius  
 et posterius dicuntur de individuo eiusdem speciei, utputa de homine  
 ratio intellectualis naturae et similiter vitae. Si detur secundum, adhuc 690  
 habetur propositum quod inter species est ordo essentialis cum  
 ipsarum differentiae actuant rationem generis secundum intensius et  
 remissius; quare propositum.]

C 153ra

## &lt;Conclusio 4&gt;

**58.** Quarta conclusio est haec: cuiuslibet speciei latitudo, tam 695  
 specifica quam individualis, necessario se habet per modum continui  
 et non per modum discreti. Ista conclusio sic probatur: signo, gratia  
 exempli, duas species non communicantes in latitudine entis quarum  
 una sit *a* et alia *b*. Tunc, prout patuit in praecedenti consideratione,  
 quaelibet illarum est finita. Sit quod *a* sit perfectior *b*. Tunc quaero: 700  
 aut *a* excedit *b* aut non? Non est dicendum quod non, quia tunc *a* et *b*  
 essent species aequales quae non sunt communicantes, quod repugnat  
 secundae conclusioni. Si sic, tunc arguo sic: vel ille excessus est  
 divisibilis, vel indivisibilis. Si indivisibilis, sequitur quod una non sit 705  
 perfectior alia cum excessus per indivibile non ponat maiorem  
 perfectionem. Aliter si per imaginationem linea esset sine puncto  
 ipsam terminante, esset minor quam sit cum tali puncto, quod videtur  
 falsum. Si vero talis excessus sit divisibilis: aut ergo ille excessus est  
 specierum diversarum rationum, aut praecise ipsius *a* supra *b*. Si

---

675 et] sup. lin. a. m. C

703 secundae conclusioni] Cf. supra n. 52-53.

710 secundo modo, habetur propositum quod talis species se habet per modum continui. Si vero primo modo, cum talis excessus sit in infinitum divisibilis, sequitur quod inter *a* et *b* sunt infinitae intermediae species. Cum igitur quaelibet species per primam conclusionem constituatur in esse per aliquam replicationem unitatis divinae, sequitur quod *a* species est constituta per unitatem divinam infinites replicatam, et per consequens *a* species est formaliter infinita, quod est contrapositum. Relinquitur ergo quod huiusmodi excessus sit solum ipsius *a* supra *b*; quare propositum.

**59.** Praeterea arguo sic: vel *a* excedit *b*, vel non. Negativa non potest dari per rationem superius assignatam. Si ergo excedit quaero: aut superaddit aliquam rationem essentialiem, aut non? Si sic, habetur propositum quod inter *a* et *b* si essent infinitae species, *a* correspondent infinitae denominations perfectionum simpliciter. Si non, contra: tunc *a* non superaddit *b* nisi intensiore gradum eiusdem denominationis, et per consequens *a* et *b* sunt eiusdem speciei. Consequentia probatur, nam omnia participantia eandem rationem secundum intensius et remissius, quorum unum alteri non superaddit rationem essentialiem, sunt eiusdem speciei. Quoniam, ut dicit prima conclusio, species in esse constituitur in esse per aliquam replicationem unitatis divinae, et ita si *a* et *b* sint taliter participantia eandem rationem sine alio addito, sequitur quod sunt<sup>741</sup> eiusdem speciei; quare propositum.

**60.** Ex ista conclusione sequitur correlarie quod cuiuslibet denominationis perfectionis simpliciter creaturae communicabilis latitudo, sequitur semitam continui discreti limites fugiendo. Ista conclusio patet, quia quaelibet species excedit quamlibet sibi inferiorem per modum continui, et cum excedens sit divisibile in excessum et illud quod excedit, et talis excessus cum sit quaedam ratio essentialis per primam conclusionem, sequitur quod talis ratio essentialis se habet per modum continui. Et cum non sit maior ratio de una quam de alia, sequitur veritas correlarie propositionis.

### <Conclusio 5>

**61.** Quinta conclusio est haec: quacumque specie infra latitudinem entis simpliciter signabili vel signata, est aliqua immediate inferior et aliqua immediate superior ad modum existentiae numerorum. Ista conclusio sic probatur: signo gratia exempli tres species *a* *b* *c*. Sit *a* perfectior *b* et *b* perfectior *c*, et sint omnes tres infra latitudinem entis simpliciter. Tunc quaero an inter *b* et *c* sint

---

741 propositionis] quia *add. sed del. C*

---

728 prima conclusio] Cf. supra n. 50-51.

infinitae species intermediae, et similiter inter *b* et *a*, vel non? Si non, habetur propositum quod *b* habet speciem superiorem sibi immediatam et similiter inferiorem sibi immediatam. Si vero detur primum, sequitur quod tam *a* infinite excedit *b* <et> quod *b* infinite excedit *c*. Consequens est falsum ut prius deductum est, quia tunc *a* et *b* essent infinita. Et consequentia patet, quia tam *a* quam *b* constituuntur in esse per infinitam replicationem unitatis divinae; immo sequeretur quod *a* ... magis excederet *c* quam *b* excedit *c*, et generaliter si duae species excederent tertiam, quaelibet illarum aequaliter excederet ipsam. Consequens est falsum, quia species incommunicantes sunt inaequales, et per consequens ipsarum ad tertium non est similis proportio vel aequalis ut patet. Nam sicut captis duobus numeris respectu tertii, utputa denario et octonario respectu quinarii, ubi denarii ad quinarium est proportio dupla et octonarii ad quinarium est ... pertinens quinitas. Ita similiter est in speciebus quod duae species non-communicantes non possunt aequaliter praecise excedere tertiam. Et consequentia patet, quoniam utrobique est infinitus excessus; quare propositum.

C 153va

**62.** Praeterea, sit per imaginationem *a* aliqua species in esse entis praecise et crescat continue quousque acquirat quemlibet gradum citra immensum gradum. Tunc signo totum tempus per quod acquiret latitudinem intellectualis naturae, et totum tempus per quod erit citra huiusmodi latitudinem. Et sit primum *b*, et secundum<sup>l</sup> *c*, et instans continuans ista duo tempora sit *d*, tunc simus in *d*. Quaero: numquid *a* sit in latitudine intellectualis naturae, vel non? Si sic, et immediate ante hoc non fuit, sequitur quod latitudo intellectualis naturae et latitudo citra primam sunt latitudines immediatae. Si *a* in *d* instanti non sit sub latitudine intellectualis naturae, et immediate post hoc erit, sequitur quod latitudo in qua nunc est *a*, est immediata latitudini intellectualis naturae, et per consequens *a* habet speciem sibi immediate superiorem et immediate inferiorem, dummodo sit infra entis latitudinem situata. Et qua ratione aruitur de una, eadem ratione de quacumque alia; quare propositum.

#### <Conclusio 6>

**63.** Sexta conclusio: cuilibet speciei in latitudine entis simpliciter correspondet aliqua denominatio perfectionis simpliciter quae in tali specie incipit a non-gradu. Haec conclusio sic probatur: quoniam quaelibet species per primam conclusionem constituitur in esse per replicationem unitatis divinae, et per consequens quaelibet species aliquam denominationem perfectionis simpliciter superaddit supra inferiorem. Cum igitur talis non incipiatur ab aliqua inferiori, sequitur quod incipit a tali specie. Et cum non sit dare minimam

750

755

760

765

770

775

780

785

790

speciem in latitudine entis, sequitur quod in quacumque specie infra latitudinem entis simpliciter aliqua perfectio incipit a non-gradu.

**<Conclusio 7>**

- 64.** Septima conclusio: cuiuslibet specie infra latitudinem entis simpliciter denominatio perfectionis simpliciter quam superaddit cuilibet speciei citra se et quae in tali specie incipit a non-gradu, correspondet formaliter cuilibet specie supra se. Verbi gratia, species hominis addit supra speciem asini rationalitatem quae ratio incipit in homine a non-gradu. Quamvis ergo non conveniat inferiori, cum sit differentia superioris ad ipsam, non tamen excluditur a superiori; et ideo rationalitas similiter de angelo praedicatur. Et ista conclusionis intentio quae sic breviter inducitur quaelibet denominatio perfectionis simpliciter creaturee communicabilis infinitam latitudinem includit exclusive terminatam ad gradum immensum consimilis denominationis, ut superius in prima regula primae considerationis fuit dictum. Et per consequens in qualibet tali sunt infinitae species possibles. Ergo data tali denominatione necessario, si alicui inferiori competit, consequens est ut et cuilibet superiori debeat convenire; quare propositum.
- 65.** Ex ista conclusione sequuntur quinque propositiones correlariae. Quarum prima est haec: cuiuslibet speciei inferioris quaelibet denominatio essentialis quae in ipsa dicit perfectionem simpliciter correspondet formaliter superiori. Patet ex conclusione, nam signata quacumque specie, illa superaddit sibi inferiori, et per consequens cum quaelibet talis superadditio competit superiori, sequitur propositum, cum talis superadditio sit semper denominatio dicens perfectionem.
- 66.** Secunda propositio est: cuiuslibet speciei inferioris tota latitudo perfectio essentialis unitive concurrit et formaliter in speciem superiorem; patet per idem. C 153vb
- 67.** Tertia propositio: cuiuslibet speciei inferioris actus ultimus substantialis in specie superiori est actus potentialis ad actum substantialem ulteriorem. Patet, nam quod species superaddit supra inferiorem est sibi actus ultimus substantialis, et talis competit superiori cui non est ultimus actus; et per consequens ibi est potentialis ad ulteriorem perfectionem.
- 68.** Quarta propositio est quod nullus actus substantialis alicuius speciei finitae potest esse ultimus actus essentialis simpliciter. Patet, quia quaelibet quae est in inferiori actus ultimus, in superiori est potentialis.

---

805 prima regula] Cf. supra n. 11.

**69.** Quinta propositio est: eadem ratio formalis omnino quae in specie inferiori est ultima differentia specifica, in superiori specie obtinet generis rationem. Patet, nam in homine rationale est ultima differentia quae non est ad actum ulteriorem in eo; sed in angelo est ad actum ulteriorem, et per consequens cum sit in eo potentialis videtur 835 quod in eo obtineat rationem generis; quare propositum.

**<Conclusio 8>**

**70.** Octava conclusio: in coordinatione essentiali lineae praedicamentalis substantiae inter primum genus simpliciter et ultimum actum simpliciter unde sumitur ultima differentia, simpliciter est ordo essentialis infinitus. Haec conclusio sic probatur: signo aliquam rationem generis in praedicamento substantiae, et sit vita. Tunc arguo sic: talis ratio est potentialis immediate ad aliquam specificam differentiam. Vel igitur constitutum ex ratione vitae et huiusmodi differentia, est species finita, vel infinita. Si infinita, 840 845 850 855 igitur quaelibet res cui correspondet ratio vitae determinata per aliquam differentiam specificam citra ultimam simpliciter, puta vegetativam vel sensitivam, est species infinita, quod est manifeste falsum. Si finita sequitur quod actus suus est potentialis in specie superiori ad actum ulteriorem specificum, quo actu dato, cum ex illo constituatur species finita, sequitur quod talis actus in specie superiori est potentialis ad actum ulteriorem specificum. Et sic necessario erit processus in infinitum per infinitos gradus specificos versus superius ordinatos; quare etc.

**<Conclusio 9>**

855

**71.** Nona conclusio totius coordinationis praedicamentalis possibilis secundum aliquam essentiale coordinationem in praedicamento substantiae, sicut aliqua est simpliciter prima ratio correspondens generi generalissimo, ita aliqua est ultima simpliciter ratio et ultimus actus possibilis totius coordinationis. Ista conclusio quoad primam partem patet, quia omnis ratio mixta est resolubilis ad aliquid immediatum; sed constat quod aliqua ratio est composita ex actu et potentia, utputa ratio specifica per rationem generis et differentiae, ubi genus se habet per modum potentiae, et differentia per modum actus. Nunc autem vel illud genus est primum simpliciter, 860 865 870 vel non. Si non, quaeram de alio, et cum non sit processus in infinitum in talibus generibus, est devenire ad unum primum quod est simpliciter potentiale. Secunda pars patet, secundum mentem istius doctoris, de specie infinita, cuius differentia est necessario ultima in tali coordinatione praedicamentali; quare conclusio vera.

**<Conclusio 10>**

72. Decima conclusio: generaliter penes multitudinem actuum inter primum actum simpliciter creaturae communicabilem et ultimum eius actum substantialem, attenditur et mensuratur perfectio speciei et huius differentiae quod perfectio speciei attenditur penes multiplicitatem replicationis unitatis divinae. Ista conclusio quodammodo sequitur ex prima cum quaelibet species constituantur in esse per aliquam novam replicationem unitatis divinae. Et ex hac sequitur quod huiusmodi perfectio attenditur penes distantiam a non-gradu; nam quanto maiorem multiplicitatem replicationis unitatis divinae includit, tanto distat <a> non-gradu; quare propositum.

875 73. Ex ista conclusione sequitur ista propositio quod generaliter qualis est proportio specierum ad perfectionem huiusmodi extensivam, talis est ipsarum proportio quoad gradum essendi simpliciter intensive. 885 Patet, nam speciei perfectio per conclusionem attenditur penes multitudinem talium actuum.

#### <Conclusio 11>

74. Undecima conclusio et finalis est ista: generaliter signatis quibuscumque duabus speciebus finitis communicantibus in diversis perfectionibus essentialibus, minor est proportio unius ad alteram quoad gradum essendi simpliciter intensive, quam quoad gradum ... alterius perfectionis essentialis. Ista conclusio probatur ex hoc quoniam proportio, cum sit quaedam comparatio, sequitur maiorem differentiam extremorum; sed magis differunt homo et angelus 895 secundum rationes posteriores quam priores; ergo conclusio vera. Consequentia patet. Probo minorem, nam quantumcumque sit accessus ad rationes priores sive communes accedere(?) ad convenientiam, et per consequens per oppositum augmentatur differentia et ita proportio.

900 75. Patet igitur illa conclusio, ex qua sequuntur duae proportiones correlariae. Quarum prima est: si per imaginationem aliqua essentia cresceret ab aliquo gradu vitae simpliciter acquirendo altitudinem specierum versus Deum, continue proportio ipsius in esse simpliciter ad se ipsam in esse vitae vel alicuius perfectionis remitteretur, patet. Secunda est: quarumlibet specierum superiorum minor est proportio earum ipsarum in esse prioris perfectionis essentialis ad esse posterioris quam sit in speciebus inferioribus. Patet ex quo sunt maioris intentionis. Et sic apparet quid de tertio sit dicendum.

910        <**Subart. 4: Utrum individuum aliquod speciei addat perfectionem ulteriorem?**>

---

877 ex prima] Cf. supra n. 50-51.

C 154rb      **76.** Nunc quarto videndum est si individuum aliquod propriae speciei addat perfectionem aliquam ulteriorem. Pro cuius declaratione praeambulo investigabitur unde oritur distinctio generum et specierum.<sup>18</sup> Pro quo ad praesens declarando unam pono conclusionem quae est ista: dato aliquo genere cuius aliqua species est finita, necessario quaelibet species sub eodem contenta genere est finita. Et est sensus conclusionis, non de quolibet genere generalissimo, sed de generibus perfectis quae sunt simul genera et species subalternae, et hoc maxime intelligendum est in linea praedicamentali substantiae. Quae conclusio sic intellecta probatur, quoniam si in aliquo genere esset possibile duas species esse, quarum una esset finita et alia infinita, hoc maxime videretur in genere intellectualis substantiae quae sit *a*. Et signo speciem immediate sibi superiorem quae est infinita in genere intellectualis substantiae; sed hoc est falsum, ergo conclusio vera. Consequentia patet. Probo minorem, nam signo aliquam speciem supremam in genere non-intellectualis substantiae quae sit *a*. Et signo speciem immediate sibi superiorem quae est infima in genere intellectualis substantiae, et sit *b*. Et signo speciem immediate superiorem ad *b*, speciem quae sit *c*, et sit species suprema in genere intellectualis substantiae *d*. Tunc arguo inquisitive sic: unde oritur distinctio in genere inter *a* et *b*? aut propter hoc quod *b* addit aliquam perfectionem essentialiem supra *a*, aut propter hoc quod *b* addit aliquam rationem potentialem ad infinitas species supra *b*, aut propter hoc quod ratio generis habet intrinsecam limitationem quam non transgreditur. Primum non potest dari quia tunc *b* et *c* non essent eiusdem generis, quoniam *c* supra *b* addit aliquam rationem essentialiem cum sit superior species, et per consequens habens novam replicationem unitatis divinae, quoniam universaliter quaelibet species superior superaddit inferiori aliquam rationem essentialiem, ut prius declaratum fuit. Nec secundum potest dici, quia tunc consimiliter cum *c* addat aliquam rationem potentialem supra *b* ad infinitos gradus specificos, ita *c* esset alterius generis a *b* sicut est *b* ab *a*, quod falsum est. Et assumptum patet, quoniam quaelibet ratio essentialis creaturae communicabilis infinitam habet latitudinem, ut prius dictum est, versus Deum, et cum cuilibet speciei correspondeat aliqua ratio essentialis sequitur propositum.

**77.** Et confirmatur aliter, quoniam vel talis ratio superaddita quae est potentialis ad infinitos gradus specificos, vel est ratio generis, vel transcendens. Si secundo modo, sequitur quod prius inducebatur. Si primo modo, contra: tunc quodlibet genus contineret species infinitas, et per consequens *a* species, quae est in genere

---

<sup>18</sup> quolibet] *scrip. pos.* generalissimo *sed corr. signis transp.* C

non-intellectualis substantiae supremum, tot species continet sub se  
 955 quod *d* species quae est in genere intellectualis substantiae suprema,  
 quod videtur falsum per ea quae in aliis considerationibus fuerunt  
 declarata. Ergo per sufficientem divisionem oportet quod hoc  
 proveniat propter intrinsecam limitationem generis quam non  
 transgreditur. Et ita per consequens, si datur in aliquo genere aliqua  
 960 species finita tota latitudo correspondens tali gradui est finita, et hoc  
 semper loquendo de generibus proximis infra latitudinem entis  
 inclusis; quare propositum.

**78.** Ex ista conclusione sequuntur novem propositiones  
 correlariae. Quarum prima est haec: communitas generis potentialis  
 965 quae se extendit ad alias species extremas necessario se extendit ad  
 intermedias. Patet, ex quo species sunt finitae in tali genere cum non  
 se extendat ad infinitas, sequitur quod etiam se extendit ad  
 intermedias.

**79.** Secunda propositio: distinctio generis a genere in latitudine  
 970 entis provenit ex intrinseca generis limitatione; patet ex probatione  
 conclusionis.

**80.** Tertia propositio est: distinctio speciei a specie infra aliquod  
 genus in latitudine entis provenit ex intrinseca speciei limitatione.

**81.** Quarta propositio: infinita genera sunt signabilia ad alias  
 975 species infra latitudinem entis simpliciter. Patet, ex quo latitudo entis  
 est finita, et omnia talia genera in latitudine entis ex limitatione  
 intrinseca habent finitam tantum latitudinem specierum.

**82.** Quinta propositio: si per possibile vel impossibile daretur  
 980 suprema possibilis species, illa non posset esse eiusdem generis cum  
 aliqua citra ipsam latitudinem entis contenta. Patet quod talis esset  
 infinita et quaelibet citra ipsam est finita. Et per conclusionem, si in  
 aliquo genere proximo est aliqua species finita, sequitur quod et  
 quaelibet in eodem contenta genere est finita.

**83.** Sexta propositio: si daretur suprema possibilis species ... ad  
 985 quod esset genus cui non posset nisi unica tantum species  
 correspondere. Patet, quia plures tales species non possunt esse cum se  
 habeant sicut numeri, et per consequens non essent aequales, et ita una  
 illarum non esset suprema possibilis.

**84.** Septima propositio est: finita tantummodo latitudo  
 990 specierum potest correspondere generi accidentis. Patet, ex quo  
 quaelibet species sub illo genere contenta contineatur perfectionaliter  
 a specie substantiae qualicumque signata.

C 154va

---

969 ex probatione] Cf. supra n. 76.

**85.** Octava propositio: necessario infima species in latitudine entis signabilis vel signata est de genere accidentis; patet ex praecedente immediate.

**86.** Nona propositio et finalis est quod qualibet specie accidentis 995 quaelibet species in genere substantiae est perfectior intensive. Patet ex duabus immediate praecedentibus.

**87.** Ex quibus apparet ordo generum et origo distinctionis ipsorum. Quibus consideratis facile est videre cur Deus non dicitur esse in aliquo genere cum creatura, quia videlicet omnia in eodem proximo genere existentia habent ad invicem proportionem aliquam suarum perfectionum commensurativa, cuiusmodi inter Deum et creaturem minime reperitur. Ex quibus apparet quid Deus est supra omnem speciem et genus super eminenter existens. 1000

**88.** His igitur prareamble praemissis descendendo ad 1005 propositum, et ante positionem conclusionum praemitto unum notabile, videlicet quod licet in creaturis nulla sit perfectio simpliciter, cum quaelibet talis soli Deo correspondeat, tamen quandoque dicitur quod ens creaturae correspondens est perfectio simpliciter, quia similis denominatio Deo correspondens ratione significati dicitur perfectior simpliciter. Et per istum modum dicimus quandoque creaturae correspondere perfectionem simpliciter, quia talis absque dubio melior est creaturae quam non ipsa, licet Deo non ipsa sit melior quam ipsa. Et sic generaliter et improprie cum de creatura assuratur dici perfectionem simpliciter, modo praeexposito, est intelligendum. 1010

### <Conclusio 1>

**89.** Isto notabili praemesso sit ista prima conclusio. Per nullam rationem formalem aliqua creatura potest esse perfecta essentialiter quae non sit ratio perfectionis simpliciter. Haec conclusio sic probatur: nam signo aliquam rem cui correspondet aliqua perfectio simpliciter quae sit *a*. Tunc signo aliam rationem quae non est perfectio simpliciter et sit *b*. Sit illud cui correspondet tales rationes *a* et *b*, gratia exempli *c*. Et quaero: numquid *c* acquiescit aliqua perfectio per *b*, vel non? Si non, habetur propositum. Si sic, contra: vel *c* provenit tanta perfectio ex *b* quanta ex *a*, vel maior vel minor. Non est dicendum quod tanta vel maior, quia tunc ita *b* esset ratio perfectionis simpliciter sicut *a*, quod falsum est et contra propositum. Si minor, adhuc arguo quod est perfectio simpliciter. Nam tunc *a* excederet *b* in certa proportione; sit quod in dupla. Cum igitur *a* ad suam medietatem habeat proportionem duplam, sequitur quod cum medietas *a* sit perfectio simpliciter quae sit gratia exempli *d*, quod *d* et *b* reddunt aliquid, scilicet *c*, aequo perfectum; et per consequens quam *d* est perfectio simpliciter, tam *b* est perfectio simpliciter quod videtur absurdum; et ita apparet veritas conclusionis manifeste. 1020  
1025  
1030

1035     **90.** Ex qua conclusione infero duas propositiones correlarias. Quarum prima est haec: cuiuslibet generis vel differentiae specificae, ratio a qua sumitur est perfectio simpliciter. Patet, nam quaelibet talis ratio sumitur ab ente vel ab aliqua ratione posteriori, et quaelibet talis est perfectio simpliciter; ergo propositum.

1040     **91.** Secunda propositio correlaria est: nullius generis vel speciei ratio ultimo distinctiva est ratio perfectionis simpliciter. Ista patet, nam quaelibet talis est ratio incomunicabilis, quia quaelibet perfectio simpliciter est ratio communicabilis; ergo propositum.

1045     **92.** Ex istis conclusionibus sequitur ultimus<sup>1063</sup> quod per rationem ultimo distinctivam nihil dicitur esse in creaturis perfectum simpliciter. Patet, cum ratio ultimo distinctiva non sit ratio perfectionis simpliciter. Et ulterius sequitur quod nullae tales duae rationes possunt concurrere ultime ad aliquod unum; patet, cum sint ultimo distinctivae et per consequens inferentes negationem sui a quacumque ratione non-tali. Et sic apparet ulterius quod omnes rationes specificae sunt ad invicem repugnantes. Patet, ex quo una infert negationem sui a quacumque non-tali; quare propositum.

C 155ra

**<Conclusio 2>**

1055     **93.** Secunda conclusio est haec: quodlibet individuum in quacumque signabili specie aliquem actum substantialem ulteriorem superaddit propriae speciei. Ista conclusio sic probatur: nam dato conclusionis opposito sequitur quod gradus specificus esset cuiuslibet individui gradus ultimus essentialis. Consequens est falsum, ergo et antecedens. Consequentia patet ex quo per adversarium individuum non addit ultra gradum specificum gradum substantialem ulteriorem. Sed falsitas consequentis probatur, quoniam tunc staret sine contradictione duos esse homines et per nihil eis esse distingui. Nam si Deus destrueret quodlibet accidentale quod est realiter in Sorte et in Platone, conservando esse distingui. Nec per rationem aliquam accidentalem, quia nulla talis est per positum. Nec per rationem aliquam esse distingui. Nec per rationem specificam, quia nulla talis per adversarium ponitur. Nec per rationem specificam, quia per ... Sortes et Plato; ergo dato opposito conclusionis, sequitur manifeste quod staret duos homines esse et nullo modo distingui, quod est falsum.

1060     **94.** Praeterea, si ultimus gradus essentialis individuorum in aliqua specie esset gradus specificus, sequitur quod non plus distinguuntur duo individua alicuius speciei creatae quam faciant duo

---

<sup>1063</sup> realiter] scrip. pos. Sorte sed corr. signis transp. C

supposita divina. Consequens est falsum, quia tunc aequa esset 1075  
 negandum plura individua in specie hominis esse plures homines,  
 sicut negamus in divinis plura supposita esse plures deos. Sed  
 consequentia probatur, nam divina supposita non distinguuntur  
 essentialiter, quia unica ratio essentialis est ipsorum ultima ratio  
 essendi a qua sumuntur rationes suppositales sive rationes ultimo 1080  
 distinctivae. Si ergo ita sit in creaturis quod duorum individuorum sit  
 eadem ratio essentialis ultimata, sequitur quod talia nullo modo  
 distinguuntur essentialiter. Et per consequens cum distinguntur  
 suppositaliter, sequitur quod staret ipsa esse plura et non plures 1085  
 homines, quod videtur absurdum; quare manifeste sequitur veritas  
 conclusionis.

**95.** Praeterea, si ratio individualis non adderet speciei aliquam  
 C 155rb rationem essentialis consimiliter nec species adderet generi, nec  
 genus transcendentis. Consequens est falsum ergo et antecedens. 1090  
 Consequentia patet, quia conformis habitudo videtur transcenderent ad  
 genera, generum ad species, et specierum ad individua. Sed falsitas  
 consequentis apparet, quia tunc nulla species superaddideret alteri  
 aliquam denominationem essentialis, sed omnia participant 1095  
 eandem rationem praecise, licet secundum intensius et remissius, quod  
 in aliis considerationibus est reprobatum.

**96.** Ex ista conclusione sequitur correlarie quod nullum  
 individuum super proprium gradum specificum superaddit solummodo  
 rationem ultimo distinctivam. Patet, ex quo superaddit actum  
 substantiale ulteriore ut dicit praemissa conclusio; quare 1100  
 propositum.

### <Conclusio 3>

**97.** Tertia conclusio est haec: quodlibet individuum in  
 quacumque specie creature superaddit propriae rationi specificae  
 aliquam rationem perfectionis simpliciter. Ista conclusio sic probatur:  
 quilibet actus superadditus alicui se habenti per modum potentiae, si 1105  
 ratio potentialis est perfectio simpliciter, a fortiori et actus; sed  
 individuum per praecedentem conclusionem superaddit actum  
 substantiale propriae speciei respectu cuius ratio speciei se habet per  
 modum potentiae ex quo talis actus est ulterior; ergo a fortiori ex quo  
 ratio speciei constitutiva est perfectio simpliciter cum sit quaedam 1110  
 replicatio divinae unitatis, sequitur quod et actus superadditus speciei  
 erit perfectio simpliciter; quod est propositum.

**98.** Ex qua conclusione sequuntur tres propositiones correlariae.  
 Quarum prima est haec: quodlibet individuum constituitur in gradu  
 individuali ex replicatione unitatis divinae. Ista patet manifeste ex 1115  
 conclusione, ex quo constituitur in esse per aliquam rationem quae  
 dicit perfectionem simpliciter.

- 1120     **99.** Secunda propositio est: cuiuslibet individui ratio, qua constituitur in gradu individuali, infinitam habet latitudinem terminatam ad Deum sive ad gradum immensum denominationis consimilis exclusive. Ista patet, quoniam ex quo talis ratio est perfectio simpliciter et, prout in prima consideratione dictum est, quaelibet perfectio simpliciter terminatur exclusive ad gradum immensum denominationis consimilis.
- 1125     **100.** Tertia propositio: cuiuslibet individui ratio essentialis qua constituitur in gradu individuali secundum infinitam latitudinem sui est communicabilis superioribus speciebus. Ista patet, quoniam talis ratio, ex quo habet infinitam latitudinem cum terminetur ad Deum exclusive, et tali individuo non correspondet nisi secundum finitam latitudinem; sequitur propositum.

**<Conclusio 4>**

- 1135     **101.** Quarta conclusio est haec: cuiuslibet individui non supremi in aliqua specie creaturae ratio individualis essentialis correspondere potest secundum gradum intensiorem superiori individuo in eadem specie situato. Ista conclusio sic probatur: nam si per imaginationem aliquod individuum intenderetur usque ad summum gradum, tam specificie quam individualiter, necessario veniret ad aequalitatem superioris individui, et pro tunc non minus haberet rationem individualem essentialiem, immo perfectius eo quod intensius
- 1140     participaret talem rationem, sequitur quod et nunc individuum superius participat vel participare potest talem rationem secundum gradum intensiorem, quod est propositum.

C 155va

- 1145     **102.** Et ex ista conclusione sequitur correlarie quod aliqua sunt possibilia individua in eadem specie communicantia in aliqua ratione essentiali superaddita rationi specificae; patet ex conclusione. Et sequitur ulterius quod non quilibet duo individua in eadem specie differunt essentialiter vel conveniunt intensive; patet similiter.

**<Conclusio 5>**

- 1150     **103.** Quinta conclusio est haec: cuiuslibet individui ultima ratio distinctiva oritur ex ratione priori essentiali. Ista conclusio sic probatur: omnis ratio distinctiva praesupponit aliquam rationem positivam, sicut omnis differentia praesupponit extrema. Si ergo Sortes et Plato distinguuntur, et non per rationem specificam, ut prius dictum est, ergo oportet assignare alias rationes positivas unde oriuntur huiusmodi rationes distinctivae. Nec valet dicere quod tales rationes distinctivae sunt quibus Sortes et Plato distinguuntur sine quibuscumque aliis rationibus essentialibus, quia tunc individuum non

---

**1135** sic probatur] *iter. C*   **1146** specie] *aequaliter add. sed del. C*

haberet latitudinem individualem, quod falsum est; quare propositum. Et etiam ad istud propositum faciunt rationes adductae pro secunda conclusione.

1160

**104.** Ex ista conclusione sequuntur duae propositiones correlariae. Quarum prima est haec: cuiuslibet individui ratio ultima distinctiva necessario oritur vel ex ratione essentiali superaddita speciei, vel ex gradu tanto vel tanto secundum huiusmodi rationem. Patet ex conclusione et aliunde, nam quaecumque duo individua in aliqua specie, vel distinguuntur essentialiter quia non sunt in eadem latitudine numerali, vel quia si sunt, existunt sub diversis gradibus in huiusmodi latitudine.

1165

**105.** Secunda propositio est haec: impossibile est duo individua esse distincta et esse sub eodem gradu in latitudine numerali. Hoc patet ex immediate praecedente, cum omnis distinctio talium proveniat vel ex diversa latitudine numerali, vel ex diversis gradibus in latitudine numerali; quare propositum.

1170

#### <Conclusio 6>

**106.** Sexta conclusio est haec: cuiuslibet speciei non-gradus est terminus a quo oriuntur in eadem specie infinitae latitudines numerales. Ista conclusio probatur: quoniam quilibet gradus specificus est potentialis secundum quodlibet sui ad infinitas rationes individuales essentials, et per consequens non-gradus talis speciei est non-gradus infinitarum latitudinum numeralium possibilium concurrere in eandem speciem, quoniam quaelibet latitudo individualis, ut dictum fuit in secunda consideratione, habet tantam distantiam intensive, quanta est latitudo propriae speciei; quare propositum.

1175

C 155vb

**107.** Ex qua conclusione sequuntur duae propositiones correlariae. Quarum prima est haec: si aliquod individuum foret in quod unitive concurreret tota multitudo perfectionum individualium in aliqua specie, illud esset constitutum in esse ex infinitis replicationibus unitatis divinae, et esset infinite perfectum extensive et numerose. Patet ex quo infinitae sunt tales rationes individuales quarum quaelibet est perfectio simpliciter.

1180

**108.** Secunda propositio est: stat quantumcumque in latitudine entis esse imperfectum intensive aliquod individuum in quod infinita multitudo individualium perfectionum concurrat. Patet, nam quilibet gradus specificus in latitudine entis simpliciter est potentialis ad infinitas latitudines perfectionum individualium, et per consequens in quamcumque entitatem huiusmodi perfectiones concurrerent, non

1185

1190

1195

---

1182 secunda consideratione] Cf. supra n. 93-96.

redderent ipsam distantiorum a non-esse simpliciter; quare nec per hoc esset intensive perfectior, ut ex praecedentibus appareat.

- 1200     **109.** Imaginatio sua de additionibus in hoc consisst, quantum possum ex verbis suis capere: ratio entis, cum sit prima et transcendens, ad aliquam aliam rationem priorem essentialiter reducibilis est potentialis ad infinitas latitudines generum et specierum, et ideo ex se non habet intrinsecam limitationem sui esse.
- 1205     Unde genera respectu istius rationis sunt quodammodo actus ulterius ratio generis est potentialis ad actus ulteriores qui sunt species specialissimae sed non ad infinitas, et hoc loquendo de genere proximo propter sui limitationem intrinsecam. Similiter species specialissima est potentialis ad ulteriores perfectiones quae sunt individuales perfectiones, et huiusmodi sunt possibiliter infinitae. Idcirco sicut transcendens est ratio potentialis ad infinita genera, ita ratio specifica est ratio potentialis ad infinitas individuales perfectiones. Nunc autem quemadmodum ratio generis superaddit rationi transcendenti, ita species superaddit rationi generis, et
- 1210     1215     individuum superaddit propriae specificae rationi. Et hoc totum habet pro radice, quia ratio posterior praesupponit priorem et non e contra, et ideo superaddit. Unde ex hoc apparet quod individuum perfectius est extensive quam species, genus vel transcendens. Nam ab esse individui ad esse speciei et generis bona consequentia est, licet e converso non multum valeat. Quia Sortes est, homo est et animal est et ens est. Unde sicut Ochanistae imaginarentur additionem conceptuum, ita istae imaginantur additionem rationum formalium ex natura rei quae sunt in re ad extra praeter omnem negotiationem provenientem ex parte intellectus. Sic igitur apparet qualiter est imaginanda additio individualis perfectionis supra propriam specificam rationem quod erat principaliter declarandum.

**<Quatuor dubia contra praedictas considerationes>**

- 1220     **110.** Quia praedictarum considerationum<sup>1</sup> fundamenta plura includunt dubia non parvae difficultatis, idcirco pro ipsarum clariori notitia puncta difficultatum recitabo breviter, contra quae arguam materiam declarando. Tenebatur ergo in prima consideratione pro fundamento quod denominations perfectionum simpliciter, licet habeant exclusive pro termino gradum immensum denominationis consimilis, non tamen incipiunt ab eodem non-gradu. Et ex hoc declarabatur quodammodo illative quod nullae species infra latitudinem entis terminantur ad gradum deitatis supersimplicem exclusive.

C 156ra

---

1231 prima consideratione] Cf. supra n. 89-92.

**111.** In secunda vero consideratione pro fundamento quodammodo tenebatur quod excessus speciei supra speciem infra latitudinem entis erat solummodo certis limitibus circumscriptis.

**112.** In tertia vero consideratione tenebatur specierum perfectionem imaginari per modum continui, quamvis quaelibet species infra latitudinem entis signata habeat de possibili immediate superiore et similiter immediate inferiorem, ita quod tales sunt sine specificis mediis colocatae.

**113.** In quarta quoque et ultima consideratione dicebatur individuum alicuius speciei gradum substantialem ulteriorem addere supra suam specificam rationem.

**<Aliquae rationes contra supra dicta>**

**114.** Contra igitur primum istorum arguo aliquibus rationibus. Et primo sic: quaelibet species participans totam latitudinem aeternitatis(?), incipit a non-gradu simpliciter et terminatur ad gradum immensum denominationis consimilis exclusive. Sed quaelibet species est participans totam latitudinem ... ... ... a non-gradu simpliciter et terminatur ad gradum immensum denominationis consimilis. Consequentia patet; et maior ex hoc, quoniam latitudo entitatis incipit a non-gradu simpliciter et terminatur ad Deum exclusive. Ergo et quodlibet participans totam huiusmodi latitudinem habet similiter eosdem terminos ex utroque extremo. Sed minor probatur, quoniam seclusa per imaginationem ratione entitatis a quacumque posteriori, utputa vita et huiusmodi, constat quod talis ratio entitatis habet prioritatem aequalem ad omnem gradum essendi posteriorem, cum quilibet gradus posterior praesupponat priorem. Cum igitur non magis praesupponit unum gradum talis rationis quam alium, cum quilibet habet similem prioritatem ad quemlibet posteriorem, sequitur quod quilibet gradus posterior praesupponit totam latitudinem entitatis, et per consequens quam latitudo entitatis incipit a non-gradu simpliciter et terminatur ad Deum, tam et quaelibet ratio specifica; quod est propositum.

**115.** Praeterea, quaelibet forma inferior intensibilis et in infinitum remissibilis incipit a non-gradu simpliciter et terminatur ad Deum exclusive; sed quaelibet species est in infinitum intensibilis et in infinitum remissibilis; ergo quaelibet species incipit a non-gradu simpliciter, et terminatur ad Deum exclusive. Consequentia patet. Et

C 156rb

---

1249 Contra...primum] Cf. supra n. 110.

maior, quoniam processus in infinitum ad sursum non posset ad  
 1275 aliquid finitum terminari. Si ergo est imaginabile processum  
 huiusmodi terminari, hoc maxime videtur ad aliquid infinitum.  
 Similiter processus in infinitum ad deorsum non potest ad aliquid  
 existens terminari. Ergo videtur quod aliquid non-existentis imaginari  
 est terminus a quo talis processus <terminatur>. Et per consequens  
 1280 appareat quod ex utraque parte est infinita intensio et ex alia est infinita  
 remissio de possibili, quod ibi si qui intelliguntur termini, oportet  
 quod unus sit infinitus simpliciter et alter penitus nihil. Et minor  
 probatur, quoniam si forma accidentalis est huiusmodi, et secundum  
 1285 istam opinionem quaelibet species habet latitudinem, sequitur quod  
 quaelibet species in infinitum est intensibilis et in infinitum est  
 remissibilis. Assumptum patet de calore, cuius gradu, quocumque  
 capto, contingit dare intensiorem et remissiorem. Et tamen in tali  
 processu non est speciei egressus. Ergo videtur quod de facto  
 1290 quaelibet species est in infinitum intensibilis et remissibilis; quare  
 propositum.

**116.** Praeterea, non est maior ratio quod in speciebus  
 imperfectioris generis sit terminus a quo non-esse simpliciter et  
 terminus ad quem gradus immensus quam in speciebus perfectioris  
 generis; sed genus quantitatis est imperfectius genere substantiae et in  
 1295 tali genere quantitatis species ipsius habent, ut dictum est; ergo et in  
 quibuscumque aliis speciebus hoc est tenendum. Consequentia patet et  
 maior similiter. Sed minor declaratur, nam quacumque linea data in  
 specie illa est sine fine versus deorsum et versus sursum in infinitum  
 procedens; similiter, data superficie, hoc idem habetur. Similiter,  
 1300 signato corpore, hoc idem habetur, et tamen in quolibet tali processu  
 salvatur ratio propriae speciei, quia quantecumque aliqua linea  
 intelligatur parva vel magna, non minus participat lineae specificam  
 rationem. Similiter potest dici de aliis figuris, utpote circulo, nam  
 1305 quocumque dato circulo contingit in infinitum dare maiorem. Aliter  
 propositio prima in I *Elementorum* Euclidis non esset vera super  
 datam lineam trianguli aequilaterarum collocare. Nam si daret sibi  
 diametrum totius mundi, non posset demonstrationem illarum facere  
 pro eo quod nullus posset dari circulus alias aequalis vel maior circulo  
 1310 primi orbis. Et per consequens illa propositio praesupponit processum  
 in infinitum in circulationibus. Et similiter versus deorsum seu aliquod  
 centrum est processus in infinitum in talibus circulis, ut appetat cum  
 signata sidera in centro alicuius circuli contingit a quolibet punto talis  
 semidiametri ad eundem circulum describere, et cum infinita sint

- C 156va puncta in tali semidiametro, sequitur propositum, et tamen non est  
egressus a ratione circuli; quare etc. 1315
- 117.** Praeterea, probo generaliter quod quaelibet species incipit a non-gradu simpliciter, quoniam si aliqua esset quae non inciperet a non-gradu simpliciter, maxime videretur de specie intellectualis naturae. Sed probo quod illa quae incipit a non-gradu simpliciter remittatur per imaginationem talis species usque ad non-gradum simpliciter. Quaero tunc: aut simul et semel remittetur ad non-esse simpliciter et ad non-esse propriae speciei, vel non? Si sic, habetur propositum quod talis species incipit a non-gradu simpliciter. Si non, ergo sequitur quod post remissionem gradus proprii specifici habebit gradum essendi simpliciter, et non nisi alterius speciei. Ergo vel talis species continet formaliter quamlibet speciem inferiorem, vel continue transmigrat de specie ad speciem. Sed quodlibet istorum est impossibile; ergo propositum. Probatur minor, nam primum non potest dari, sic enim species hominis esset composita ex specie asini, bovis et lapidis, quod dicere videtur insanum. Nec secundum similiter potest dari, quia talis species in tali casu solum deperderet suum esse specificum et per consequens nullum aliud esse essentiale de novo acquireret, quare per consequens nec aliquod esse specificum acquireret quod prius non habuerit esse, et ita cum solummodo in tali casu sit motio deperdita, sequitur quod ibi nullius rei novae est acquisitio, et per consequens nec de specie ad speciem transmigratio; quare propositum. 1320 1325 1330 1335
- 118.** Praeterea, quandocumque aliqua sic se habent quod ad esse unius sequitur esse alterius . . . . . unius sequitur non-esse alterius et e contra illa sunt convertibiliter idem, et per consequens a quocumque incipit non-gradus unius ab eodem incipit non-gradus alterius et e contra, et similiter quemcumque gradum terminatur unum et aliud. 1340
- 119.** Sed nunc per imaginationem signo esse quod correspondet alicui speciei et similiter gradum specificum. Tunc arguo sic: sit gratia exempli esse ipsius *a* et gradus specificus *b*. Tunc arguo sic: *a* est, ergo *b* est. Et similiter sequitur *b* est ergo *a* est, et per consequens *a* et *b* sunt simpliciter convertibilia. Et igitur quam *a* incipit a non-gradu simpliciter tam et *b*. Et prima consequentia probatur, nam si staret *a* esse et *b* non-esse vel e contra, tunc staret hominem esse et suum esse essentiale non-esse, vel suum esse essentiale esse et hominem non-esse, quod dicere est insanae mentis. Unde solet communiter ista consequentia concedi ‘homo non est homo, ergo homo non est’; et 1345 1350

---

1328 Probatur] propositum add. sed del. C 1332 esse essentiale] inv. sed corr. signis transp. C

similiter ‘homo est, ergo homo est homo’. Et ita generaliter in  
 1355 omnibus ... consequentia bona ubi arguitur ab existentia rei ad ipsius rationem specificam et e contra. Ergo apparet quod quante aliquid distat a non-esse propriae speciei, tante distat a non-esse simpliciter et e contra. Et per consequens omnium specierum terminus a quo est non-esse simpliciter, quod est oppositum fundamenti praemissae  
 1360 considerationis. C 156vb

**<Responsio ad istas rationes>**

**120.** Ad istas rationes per ordinem respondeo. Ad primam cum dicitur quod quaelibet species participans totam latitudinem essendi simpliciter incipit a non-gradu simpliciter, transeat istud. Sed nego minorem, videlicet quod quaelibet species, immo dicitur quaelibet species totam huiusmodi latitudinem participat, ad probationem quia ratio prior quam quaelibet species praesupponit aequaliter participatur a qualibet specie, hic dico pro materia rationis quod ratio essendi simpliciter est potentialis ad infinitas species. Nunc autem species certa signata non praesupponit totam huiusmodi latitudinem, sed praecise gradum illum qui est potentialis ad talem speciem. Verbi gratia, in latitudine vitae quae continet vitam intellectualem et similiter vegetativam, intellectualitas ergo non praesupponit gradum vitae quae est potentialis ad esse vegetativum, sed praesupponit gradum vitae qui est immediate potentialis ad esse intellectivum. Et ideo argumentum in hoc decipit opinantes quia credunt rationem essendi simpliciter esse simpliciter indivisibilem, quod si ita esset, argumentum esset quasi demonstrativum. Nunc autem in proposito non est ita, nam ratio essendi infinitam includit latitudinem incipientem a non-gradu simpliciter et terminantem ad gradum denominationis consimilis exclusive. Sic verbi gratia in exemplo familiari, imaginemur lineam exeuntem a centro terrae usque ad circumferentiam caelorum, et sit *a*; et aliam lineam exeuntem ab aliquo puncto *a* linea distante a centro terrae quod punctum sit *b* et terminetur ista linea ad circumferentiam quae sit *c*. Tunc ita est quod *c* praesupponit *a*, sed non secundum quodlibet sui quia non praesupponit lineam quae cadit inter *b* punctum et centrum terrae. Et ita consimiliter est imaginandum de posterioribus perfectionibus respectu priorum quod non praesupponunt formaliter nisi gradum qui est potentialis ad talem speciem vel ad talem.

**121.** Ad secundum cum dicitur quod forma specifica est in infinitum intensibilis et similiter remissibilis, hic dico pro materia argumenti quod intensio est duplex: quaedam formalis et quaedam

---

1362 Ad primam] Cf. supra n. 114. 1391 Ad secundum] Cf. supra n. 115.

materialis. Intensionem formalem voco ad praesens illam intensionem  
 quae, si esset possibilis fieri, fieret per acquisitionem plurium  
 denominationum perfectionis simpliciter incipientium a diversis  
 non-gradibus et tendentium versus Deum. Materialem vero  
 intensionem voco quae potest fieri per acquisitionem plurium  
 perfectionum incipientium ab eodem non-gradu, vel per  
 acquisitionem plurium graduum eiusdem perfectionis; et ita apparet  
 C 157ra 1395  
 1400  
 1405  
 1410  
 1415  
 1420  
 1425  
 1430  
 1435  
 1440  
 1445  
 1450  
 1455  
 1460  
 1465  
 1470  
 1475  
 1480  
 1485  
 1490  
 1495  
 1500  
 1505  
 1510  
 1515  
 1520  
 1525  
 1530  
 1535  
 1540  
 1545  
 1550  
 1555  
 1560  
 1565  
 1570  
 1575  
 1580  
 1585  
 1590  
 1595  
 1600  
 1605  
 1610  
 1615  
 1620  
 1625  
 1630  
 1635  
 1640  
 1645  
 1650  
 1655  
 1660  
 1665  
 1670  
 1675  
 1680  
 1685  
 1690  
 1695  
 1700  
 1705  
 1710  
 1715  
 1720  
 1725  
 1730  
 1735  
 1740  
 1745  
 1750  
 1755  
 1760  
 1765  
 1770  
 1775  
 1780  
 1785  
 1790  
 1795  
 1800  
 1805  
 1810  
 1815  
 1820  
 1825  
 1830  
 1835  
 1840  
 1845  
 1850  
 1855  
 1860  
 1865  
 1870  
 1875  
 1880  
 1885  
 1890  
 1895  
 1900  
 1905  
 1910  
 1915  
 1920  
 1925  
 1930  
 1935  
 1940  
 1945  
 1950  
 1955  
 1960  
 1965  
 1970  
 1975  
 1980  
 1985  
 1990  
 1995  
 2000  
 2005  
 2010  
 2015  
 2020  
 2025  
 2030  
 2035  
 2040  
 2045  
 2050  
 2055  
 2060  
 2065  
 2070  
 2075  
 2080  
 2085  
 2090  
 2095  
 2100  
 2105  
 2110  
 2115  
 2120  
 2125  
 2130  
 2135  
 2140  
 2145  
 2150  
 2155  
 2160  
 2165  
 2170  
 2175  
 2180  
 2185  
 2190  
 2195  
 2200  
 2205  
 2210  
 2215  
 2220  
 2225  
 2230  
 2235  
 2240  
 2245  
 2250  
 2255  
 2260  
 2265  
 2270  
 2275  
 2280  
 2285  
 2290  
 2295  
 2300  
 2305  
 2310  
 2315  
 2320  
 2325  
 2330  
 2335  
 2340  
 2345  
 2350  
 2355  
 2360  
 2365  
 2370  
 2375  
 2380  
 2385  
 2390  
 2395  
 2400  
 2405  
 2410  
 2415  
 2420  
 2425  
 2430  
 2435  
 2440  
 2445  
 2450  
 2455  
 2460  
 2465  
 2470  
 2475  
 2480  
 2485  
 2490  
 2495  
 2500  
 2505  
 2510  
 2515  
 2520  
 2525  
 2530  
 2535  
 2540  
 2545  
 2550  
 2555  
 2560  
 2565  
 2570  
 2575  
 2580  
 2585  
 2590  
 2595  
 2600  
 2605  
 2610  
 2615  
 2620  
 2625  
 2630  
 2635  
 2640  
 2645  
 2650  
 2655  
 2660  
 2665  
 2670  
 2675  
 2680  
 2685  
 2690  
 2695  
 2700  
 2705  
 2710  
 2715  
 2720  
 2725  
 2730  
 2735  
 2740  
 2745  
 2750  
 2755  
 2760  
 2765  
 2770  
 2775  
 2780  
 2785  
 2790  
 2795  
 2800  
 2805  
 2810  
 2815  
 2820  
 2825  
 2830  
 2835  
 2840  
 2845  
 2850  
 2855  
 2860  
 2865  
 2870  
 2875  
 2880  
 2885  
 2890  
 2895  
 2900  
 2905  
 2910  
 2915  
 2920  
 2925  
 2930  
 2935  
 2940  
 2945  
 2950  
 2955  
 2960  
 2965  
 2970  
 2975  
 2980  
 2985  
 2990  
 2995  
 3000  
 3005  
 3010  
 3015  
 3020  
 3025  
 3030  
 3035  
 3040  
 3045  
 3050  
 3055  
 3060  
 3065  
 3070  
 3075  
 3080  
 3085  
 3090  
 3095  
 3100  
 3105  
 3110  
 3115  
 3120  
 3125  
 3130  
 3135  
 3140  
 3145  
 3150  
 3155  
 3160  
 3165  
 3170  
 3175  
 3180  
 3185  
 3190  
 3195  
 3200  
 3205  
 3210  
 3215  
 3220  
 3225  
 3230  
 3235  
 3240  
 3245  
 3250  
 3255  
 3260  
 3265  
 3270  
 3275  
 3280  
 3285  
 3290  
 3295  
 3300  
 3305  
 3310  
 3315  
 3320  
 3325  
 3330  
 3335  
 3340  
 3345  
 3350  
 3355  
 3360  
 3365  
 3370  
 3375  
 3380  
 3385  
 3390  
 3395  
 3400  
 3405  
 3410  
 3415  
 3420  
 3425  
 3430  
 3435  
 3440  
 3445  
 3450  
 3455  
 3460  
 3465  
 3470  
 3475  
 3480  
 3485  
 3490  
 3495  
 3500  
 3505  
 3510  
 3515  
 3520  
 3525  
 3530  
 3535  
 3540  
 3545  
 3550  
 3555  
 3560  
 3565  
 3570  
 3575  
 3580  
 3585  
 3590  
 3595  
 3600  
 3605  
 3610  
 3615  
 3620  
 3625  
 3630  
 3635  
 3640  
 3645  
 3650  
 3655  
 3660  
 3665  
 3670  
 3675  
 3680  
 3685  
 3690  
 3695  
 3700  
 3705  
 3710  
 3715  
 3720  
 3725  
 3730  
 3735  
 3740  
 3745  
 3750  
 3755  
 3760  
 3765  
 3770  
 3775  
 3780  
 3785  
 3790  
 3795  
 3800  
 3805  
 3810  
 3815  
 3820  
 3825  
 3830  
 3835  
 3840  
 3845  
 3850  
 3855  
 3860  
 3865  
 3870  
 3875  
 3880  
 3885  
 3890  
 3895  
 3900  
 3905  
 3910  
 3915  
 3920  
 3925  
 3930  
 3935  
 3940  
 3945  
 3950  
 3955  
 3960  
 3965  
 3970  
 3975  
 3980  
 3985  
 3990  
 3995  
 4000  
 4005  
 4010  
 4015  
 4020  
 4025  
 4030  
 4035  
 4040  
 4045  
 4050  
 4055  
 4060  
 4065  
 4070  
 4075  
 4080  
 4085  
 4090  
 4095  
 4100  
 4105  
 4110  
 4115  
 4120  
 4125  
 4130  
 4135  
 4140  
 4145  
 4150  
 4155  
 4160  
 4165  
 4170  
 4175  
 4180  
 4185  
 4190  
 4195  
 4200  
 4205  
 4210  
 4215  
 4220  
 4225  
 4230  
 4235  
 4240  
 4245  
 4250  
 4255  
 4260  
 4265  
 4270  
 4275  
 4280  
 4285  
 4290  
 4295  
 4300  
 4305  
 4310  
 4315  
 4320  
 4325  
 4330  
 4335  
 4340  
 4345  
 4350  
 4355  
 4360  
 4365  
 4370  
 4375  
 4380  
 4385  
 4390  
 4395  
 4400  
 4405  
 4410  
 4415  
 4420  
 4425  
 4430  
 4435  
 4440  
 4445  
 4450  
 4455  
 4460  
 4465  
 4470  
 4475  
 4480  
 4485  
 4490  
 4495  
 4500  
 4505  
 4510  
 4515  
 4520  
 4525  
 4530  
 4535  
 4540  
 4545  
 4550  
 4555  
 4560  
 4565  
 4570  
 4575  
 4580  
 4585  
 4590  
 4595  
 4600  
 4605  
 4610  
 4615  
 4620  
 4625  
 4630  
 4635  
 4640  
 4645  
 4650  
 4655  
 4660  
 4665  
 4670  
 4675  
 4680  
 4685  
 4690  
 4695  
 4700  
 4705  
 4710  
 4715  
 4720  
 4725  
 4730  
 4735  
 4740  
 4745  
 4750  
 4755  
 4760  
 4765  
 4770  
 4775  
 4780  
 4785  
 4790  
 4795  
 4800  
 4805  
 4810  
 4815  
 4820  
 4825  
 4830  
 4835  
 4840  
 4845  
 4850  
 4855  
 4860  
 4865  
 4870  
 4875  
 4880  
 4885  
 4890  
 4895  
 4900  
 4905  
 4910  
 4915  
 4920  
 4925  
 4930  
 4935  
 4940  
 4945  
 4950  
 4955  
 4960  
 4965  
 4970  
 4975  
 4980  
 4985  
 4990  
 4995  
 5000  
 5005  
 5010  
 5015  
 5020  
 5025  
 5030  
 5035  
 5040  
 5045  
 5050  
 5055  
 5060  
 5065  
 5070  
 5075  
 5080  
 5085  
 5090  
 5095  
 5100  
 5105  
 5110  
 5115  
 5120  
 5125  
 5130  
 5135  
 5140  
 5145  
 5150  
 5155  
 5160  
 5165  
 5170  
 5175  
 5180  
 5185  
 5190  
 5195  
 5200  
 5205  
 5210  
 5215  
 5220  
 5225  
 5230  
 5235  
 5240  
 5245  
 5250  
 5255  
 5260  
 5265  
 5270  
 5275  
 5280  
 5285  
 5290  
 5295  
 5300  
 5305  
 5310  
 5315  
 5320  
 5325  
 5330  
 5335  
 5340  
 5345  
 5350  
 5355  
 5360  
 5365  
 5370  
 5375  
 5380  
 5385  
 5390  
 5395  
 5400  
 5405  
 5410  
 5415  
 5420  
 5425  
 5430  
 5435  
 5440  
 5445  
 5450  
 5455  
 5460  
 5465  
 5470  
 5475  
 5480  
 5485  
 5490  
 5495  
 5500  
 5505  
 5510  
 5515  
 5520  
 5525  
 5530  
 5535  
 5540  
 5545  
 5550  
 5555  
 5560  
 5565  
 5570  
 5575  
 5580  
 5585  
 5590  
 5595  
 5600  
 5605  
 5610  
 5615  
 5620  
 5625  
 5630  
 5635  
 5640  
 5645  
 5650  
 5655  
 5660  
 5665  
 5670  
 5675  
 5680  
 5685  
 5690  
 5695  
 5700  
 5705  
 5710  
 5715  
 5720  
 5725  
 5730  
 5735  
 5740  
 5745  
 5750  
 5755  
 5760  
 5765  
 5770  
 5775  
 5780  
 5785  
 5790  
 5795  
 5800  
 5805  
 5810  
 5815  
 5820  
 5825  
 5830  
 5835  
 5840  
 5845  
 5850  
 5855  
 5860  
 5865  
 5870  
 5875  
 5880  
 5885  
 5890  
 5895  
 5900  
 5905  
 5910  
 5915  
 5920  
 5925  
 5930  
 5935  
 5940  
 5945  
 5950  
 5955  
 5960  
 5965  
 5970  
 5975  
 5980  
 5985  
 5990  
 5995  
 6000  
 6005  
 6010  
 6015  
 6020  
 6025  
 6030  
 6035  
 6040  
 6045  
 6050  
 6055  
 6060  
 6065  
 6070  
 6075  
 6080  
 6085  
 6090  
 6095  
 6100  
 6105  
 6110  
 6115  
 6120  
 6125  
 6130  
 6135  
 6140  
 6145  
 6150  
 6155  
 6160  
 6165  
 6170  
 6175  
 6180  
 6185  
 6190  
 6195  
 6200  
 6205  
 6210  
 6215  
 6220  
 6225  
 6230  
 6235  
 6240  
 6245  
 6250  
 6255  
 6260  
 6265  
 6270  
 6275  
 6280  
 6285  
 6290  
 6295  
 6300  
 6305  
 6310  
 6315  
 6320  
 6325  
 6330  
 6335  
 6340  
 6345  
 6350  
 6355  
 6360  
 6365  
 6370  
 6375  
 6380  
 6385  
 6390  
 6395  
 6400  
 6405  
 6410  
 6415  
 6420  
 6425  
 6430  
 6435  
 6440  
 6445  
 6450  
 6455  
 6460  
 6465  
 6470  
 6475  
 6480  
 6485  
 6490  
 6495  
 6500  
 6505  
 6510  
 6515  
 6520  
 6525  
 6530  
 6535  
 6540  
 6545  
 6550  
 6555  
 6560  
 6565  
 6570  
 6575  
 6580  
 6585  
 6590  
 6595  
 6600  
 6605  
 6610  
 6615  
 6620  
 6625  
 6630  
 6635  
 6640  
 6645  
 6650  
 6655  
 6660  
 6665  
 6670  
 6675  
 6680  
 6685  
 6690  
 6695  
 6700  
 6705  
 6710  
 6715  
 6720  
 6725  
 6730  
 6735  
 6740  
 6745  
 6750  
 6755  
 6760  
 6765  
 6770  
 6775  
 6780  
 6785  
 6790  
 6795  
 6800  
 6805  
 6810  
 6815  
 6820  
 6825  
 6830  
 6835  
 6840  
 6845  
 6850  
 6855  
 6860  
 6865  
 6870  
 6875  
 6880  
 6885  
 6890  
 6895  
 6900  
 6905  
 6910  
 6915  
 6920  
 6925  
 6930  
 6935  
 6940  
 6945  
 6950  
 6955  
 6960  
 6965  
 6970  
 6975  
 6980  
 6985  
 6990  
 6995  
 7000  
 7005  
 7010  
 7015  
 7020  
 7025  
 7030  
 7035  
 7040  
 7045  
 7050  
 7055  
 7060  
 7065  
 7070  
 7075  
 7080  
 7085  
 7090  
 7095  
 7100  
 7105  
 7110  
 7115  
 7120  
 7125  
 7130  
 7135  
 7140  
 7145  
 7150  
 7155  
 7160  
 7165  
 7170  
 7175  
 7180  
 7185  
 7190  
 7195  
 7200  
 7205  
 7210  
 7215  
 7220  
 7225  
 7230  
 7235  
 7240  
 7245  
 7250  
 7255  
 7260  
 7265  
 7270  
 7275  
 7280  
 7285  
 7290  
 7295  
 7300  
 7305  
 7310  
 7315  
 7320  
 7325  
 7330  
 7335  
 7340  
 7345  
 7350  
 7355  
 7360  
 7365  
 7370  
 7375  
 7380  
 7385  
 7390  
 7395  
 7400  
 7405  
 7410  
 7415  
 7420  
 7425  
 7430  
 7435  
 7440  
 7445  
 7450  
 7455  
 7460  
 7465  
 7470  
 7475  
 7480  
 7485  
 7490  
 7495  
 7500  
 7505  
 7510  
 7515  
 7520  
 7525  
 7530  
 7535  
 7540  
 7545  
 7550  
 7555  
 7560  
 7565  
 7570  
 7575  
 7580  
 7585  
 7590  
 7595  
 7600  
 7605  
 7610  
 7615  
 7620  
 7625  
 7630  
 7635  
 7640  
 7645  
 7650  
 7655  
 7660  
 7665  
 7670  
 7675  
 7680  
 7685  
 7690  
 7695  
 7700  
 7705  
 7710  
 7715  
 7720  
 7725  
 7730  
 7735  
 7740  
 7745  
 7750  
 7755  
 7760  
 7765  
 7770  
 7775  
 7780  
 7785  
 7790  
 7795  
 7800  
 7805  
 7810  
 7815  
 7820  
 7825  
 7830  
 7835  
 7840  
 7845  
 7850  
 7855  
 7860  
 7865  
 7870  
 7875  
 7880  
 7885  
 7890  
 7895  
 7900  
 7905  
 7910  
 7915  
 7920  
 7925  
 7930  
 7935  
 7940  
 7945  
 7950  
 7955  
 7960  
 7965  
 7970  
 7975  
 7980  
 7985  
 7990  
 7995  
 8000  
 8005  
 8010  
 8015  
 8020  
 8025  
 8030  
 8035  
 8040  
 8045  
 8050  
 8055  
 8060  
 8065  
 8070  
 8075  
 8080  
 8085  
 8090  
 8095  
 8100  
 8105  
 8110  
 8115  
 8120  
 8125  
 8130  
 8135  
 8140  
 8145  
 8150  
 8155  
 8160  
 8165  
 8170  
 8175  
 8180  
 8185  
 8190  
 8195  
 8200  
 8205  
 8210  
 8215  
 8220  
 8225

1435 essentialem, sequitur quod possunt incipere a quocumque puncto homo voluerit imaginari, et ita in rei veritate similitudo claudicare videtur, eo quod inter species est ordo essentialis cuiusmodi non est in proposito; quare<sup>1439</sup> etc.

C 157rb

**124.** Ad quartum cum dicitur quod quaelibet species tante distat

1440 a non-esse simpliciter quante distat a non-esse propriae speciei per hoc, quod si remitteretur vel non, esset simpliciter vel si esset ipsa intraret alias species, quod falsum est, quia tunc esset quid compositum ex inferioribus speciebus, hic dico pro materia argumenti quod conformiter ad istam opinionem nego quod tante distat a  
 1445 non-esse simpliciter quante a non-esse propriae speciei, immo dico quod admissa tali remissione per prius erit sub non-esse propriae speciei quam sub non-esse simpliciter. Et tunc cum dicitur quod tale esse causa sit inferioris speciei contineret formaliter alias species, hic dico quod tale esse non est alicius alterius speciei, sed est esse in quo  
 1450 participat talis species cum inferiori speciei, non quod sit illius speciei esse formale. Unde imaginanda sunt ex natura rei aliquae rationes formales in quibus creaturae communicant quae sunt eis univoce, et tales non sunt rationes specificae. Sic igitur appareat quod dato quod fieret talis remissio, numquam species huiusmodi proveniret ad  
 1455 aliquem gradum specificum quem formaliter contineret, sed bene ad multas rationes formales univocas sibi et aliis speciebus, quae tamen rationes non deficerent esse secundum rationem transcendentem sed particularem tantum.

**125.** Sed CONTRA istam responsonem potest argui quod

1460 contradicat responsioni ad primam rationem. Nam dictum est quod non quaelibet ratio vitae praesupponit quemlibet gradum essendi nisi illum qui est potentialis ad vitam. Et tamen hic dicitur quod in tali remissione continue deperderetur aliqua ratio essentialis, non tantum acquireretur gradus specificus alterius speciei, sed hoc appareat quod  
 1465 talis gradus praesupponit latitudinem essendi usque ad non-gradum simpliciter. Hic DICO quod utraque responso est bona et neutra repugnat alteri.

**126.** Pro quo advertendum est quod uni individuo correspondent multae rationes, videlicet ratio specifica generis et transcendentium.

1470 Nunc autem si capiamus illam rationem a qua consurgit gradus specificus, illa non praesupponit formaliter nisi rationes illas quae sunt potentiales ad huiusmodi rationem ex qua consurgit gradus specificus. Per hoc appareat quod non praesupponit rationes quae sunt immediate potentiales ad gradum specificum lapidis. Si ergo remitteretur tale  
 1475 individuum usque ad non-gradum simpliciter, perderet rationem

---

1439 Ad quartum] Cf. supra n. 117. 1460 dictum est] Cf. supra n. 120.

specificam et consimiliter rationes immediate potentiales ad ipsam. Non tamen perderet alias rationes per quas adhuc distat a non-esse simpliciter; et similiter esset dicendum de specie non secundum rationem specificam sumptam formaliter, sed prout etiam continet realiter totam latitudinem essendi simpliciter usque ad non-gradum simpliciter.

**127.** Et si DICATUR quod in tali remissione de necessitate si haberet tale individuum tot perfectiones simpliciter quod nunc continet asinus, esset asinus. Hic DICO quod non sufficit, sed requiritur aliqua ratio positiva incomunicabilis superaddita numero talium perfectionum simpliciter, cuiusmodi non esset in proposito; et ideo tale non esset in aliqua specie proprie loquendo. Unde istud argumentum esset forte contra illos qui ponunt rationem specificam nil aliud esse quam quandam praecisionem. Non video quin isti habent concedere quamlibet speciem superiorem continere non solum eminenter, sed etiam formaliter, quamlibet inferiorem; et ita species hominis esset composita ex bove et leone.

**128.** Et idcirco praeter rationes istas quiditativas oportet nos imaginari incomunicabiles rationes a quibus gradus specifici originantur; et tantum de isto.

**129.** Ad quintum cum dicitur quod quandocumque aliqua sic se habent quod ad esse unius sequitur esse alterius et e contra, illa sunt convertibiliter idem et per consequens si unum incipit a non-esse simpliciter et aliud, transeat istud. Sed in proposito non est verum formaliter quoniam investigemus formaliter istius consequentiae bonitatem unde oritur ‘homo est, ergo homo est homo’. Certum est quod illa non est formalis ratione istius termini ‘homo’ et est sic arguendo a parte praedicati, quia li est, est superius ad li hominem, ideo illa non tenet veritatem illius medii, sed propter implicationem quam habet subiectum respectu verbi de praesenti denotans de suo significato esse existere, ex quo praesumitur quod suum esse specificum a fortiori ex hoc de se ipso debeat praedicari. Et ideo praedicamenta illarum duarum propositionum non se respiciunt convertibiliter et adaequate. Istius tamen argumenti responsio multum dependet ex dictis in argumento immediate praecedente. Quis enim dubitat quod non staret ex parte rei individuum in specie hominis perdere rationem specificam et habere alias rationes? Sicut non potest imaginari quod denarius perdat unitatem per quam constituitur in esse denarii. Sed imaginatio est de tota latitudine quam si successive

---

**1496** aliqua] duo add. sed del. C

---

**1496** Ad quintum] Cf. supra n. 118.

1515 deberet denarius perdere, per prius perderet talem unitatem quam dualitatem vel quaternitatem. Et ideo satis grosse arguitur quod per hoc quod sequitur ‘Sortes non est homo, ergo non est’, quod aequaliter distat a non-gradu essendi simpliciter et non-gradu propriae speciei. Et sic apparet quod adhuc qui viam istam vult sustinere, rationes 1520 adductae non sunt nimium efficaces.

**<Argumenta contra fundamentum secundae considerationis>**

1525 **130.** Contra fundamentum secundae considerationis, videlicet quod excessus speciei supra speciem vel individui supra individuum infra latitudinem entis sit certis limitibus circumscriptus, arguitur aliquibus mediis. Et primo sic: ... aliquid sic se habet respectu alterius quod si infinites replicaretur, non redderet aliud, necessario inter ipsa est infinitus excessus. Sed signatis duabus speciebus, utputa hominis et asini, illae sic se habent quod si infinites species asini replicaretur sive individuum in eadem specie, numquam perveniret ad 1530 perfectionem speciei humanae vel alicuius individui in eadem. Et per consequens inter species huiusmodi, supra ipsarum individua, est infinitus excessus. Consequentia patet. Et maior declaratur in numeris, nam si binarius infinites replicatus non redderet millenarium numerum, immo adhuc si redderet millenarius esset infinitus. Si ergo 1535 species se habent sicut numeri, et ex infinita replicatione unius non perveniretur ad perfectionem alterius, necessario inter ipsas est infinitus excessus. Et minor apparet, nam quantecumque species asini replicaretur, numquam esset replicatio nisi eiusdem rationis; sed per nullam talem infinites replicatam poneretur asinus in perfectiori esse 1540 quam sit modo; ergo propositum.

1545 **131.** Praeterea, si excessus specierum et individuorum supra species et individua sit finitus, sequitur quod in latitudine albedinis sive caliditatis sit danda suprema albedo possibilis; consequens est falsum, ergo et antecedens. Consequentia patet ex quo cuiuslibet individui ad aliud est finitus excessus ... ... ... signata quacumque albedine quantecumque intensa, Deus potest producere sibi aequalem et alias ad invicem unire. Sed constat quod illae duae simul unitae sunt albedo intensior quam quaelibet illarum, cum quaelibet illarum sit in proportione subdupla ad totum resultans; ergo nulla illarum fieret maxima possibilis. Consequentia ista patet et assumptum, videlicet 1550 quod totum resultans sit intensius qualibet tali parte; apparet cum intensio talis qualitatis et generaliter cuiuslibet formae accidentalis fit per additionem gradus ad gradum utroque manente.

C 157vb

---

1522 Contra fundamentum] Cf. supra n. 111.

**132.** Et confirmatur, nam caritas est forma cuius nullum individuum potest esse maximum possibile, et per consequens talis forma, cum includit infinitam latitudinem, aliquod est in ea individuum infinite aliud in eadem specie excedens. Consequentia apud istud doctorem non est neganda. Et assumptum apparet, nam quacumque caritate data, potest dari intensior, aliter hic in via posset quis acquirere tantum gradum caritatis quod ulterius non posset proficere, quod videtur falsum, et est unus de erroribus Begandorum, ut patet Extra *De hereticis* libro VI] ‘Ad nostrum’; quare propositum.

C 158ra

1555

1560

1565

1570

1575

1580

1585

1590

**133.** Praeterea, signo duas species, inferiorem videlicet et superiorem, quarum una sit *a* et altera *b*: tunc arguo sic, et sit gratia exempli *a* albedo, *b* vero nigredo. Constat quod quodlibet individuum superioris speciei excedit quodlibet individuum inferioris speciei. Cum igitur in *a* sint infinita individua de possibili, sequitur quod per infinita *a* species excedit *b* speciem, et per consequens excessus inter huiusmodi species nullatenus est finitus. Consequentia patet. Et confirmatur a simili, nam si duabus quantitatibus signatis una excedit aliam per infinita pedalia, necessario inter ipsas est infinitus excessus. Sed sicut se habent pedalia extensive ad unam illarum quantitatum, ita se habent individua infinita alicuius speciei intensive respectu eiusdem. Ergo quam ex quantitate infinitorum pedalium, si qua esset, consurgeret infinitus excessus supra aliam quantitatem, tam ex specie habente infinita individua, quorum quodlibet est perfectius, certa specie signata consurgit infinitus excessus supra talem speciem assignatam; quod est oppositum illius fundamenti.

**134.** Praeterea, data aliqua specie cuius non est possibilis gradus supremus, sed in suis individuis est processus in infinitum, illa sibi inferiorem per infinitum excessum excedit; sed aliqua latitudine entis est huiusmodi; ergo propositum. Consequentia patet, et maior satis videtur nota per rationem immediate praecedentem. Sed probo minorem: signo aliquam albedinem ... ... ... per pedale, tunc arguo sic: si Deus per suam omnipotentiam faceret quod albedo huiusmodi flueret praecise medietatem huius pedalium intromando(?) talis medietas esset in duplo albior quam prius fuit, et si adhuc talem albedinem faceret pervenire ad informandum praecise medietatem medietatis, talis esse in quadruplo intensior quam prius fuit, et sic in infinitum semper plus et plus redderet subiectum minoris quantitatis intensius album quam prius fuit. Ergo iam de facto infiniti gradus correspondent tali albedini secundum quos potest denominare, immo si per imaginationem talis gradus posset concurrere ad unum punctum, ex tali processu redderet punctum illum infinite album. Et radix ratione in

---

1562 Extra] *Decretales Gregorii IX*, VI, tit. ??? (ed. A. FRIEDBERG, II, ???).

1595 hoc consistit quod quanta est proportio totius ad medietatem, tanta est proportio in denominando totius albedinis ad reductionem ipsius ad informationem suae medietatis. Et per consequens apparet quod sicut ibi crescit in infinitum proportio diminuendo quantitatem, ita hic agendo intensionem. Ergo quam non est danda maxima proportio  
 1600 totius ad aliquam<sup>1</sup> partem proportionalem, tam non est danda respectu denominationis intensive. C 158rb

**<Ad argumenta supra dicta>**

1605 **135.** Ad istas rationes respondeo. Ad primam cum dicitur quod si species inferior replicaretur infinites, numquam perveniret ad perfectionem inferioris, hic dico pro materia argumenti quod replicatio ista potest duabus modis intelligi: vel extensive vel intensive. Primo modo idem est acsi eandem perfectionem infinites replicarem, et sic absque dubio quantecumque replicaretur, numquam perveniret ad speciem superiorem. Sed ex hoc non sequitur quod inter species sit  
 1610 infinitus excessus. Secundo modo dico quod non staret inferiorem speciem in infinitum replicari, quoniam sibi infinitae perfectiones simpliciter corresponderent per quas non solum attingeret sed etiam excederet sibi superiorem. Sed tunc imaginando talem replicationem, absque dubio talis species egredieretur intrinsecam limitationem  
 1615 propriae speciei, et ideo non staret quod talis replicatio fieret. Et sic apparet quod argumentum istud parum concludit.

1620 **136.** Ad secundum cum dicitur quod dato fundamento istius considerationis, sequitur quod in latitudine albedinis esset dandus supremus gradus, ad mentem suam concedo consequentiam, antecedens et conclusio, et ideo concedendum est consequens. Ad improbationem quando dicitur quod si Deus faceret duas tales albedines et illas uniret, illae essent in duplo minus intensae quam ex ipsis resultans, hic dico quod non, immo totum esset praecise tantae intensionis quantae quaelibet pars, nam finitus gradus albedinis est  
 1625 quaedam latitudo uniformis, et per consequens quaelibet nunc est aeque intensa cum toto accipiendo partes quantitativas. Et cum dicitur quod intensio talium qualitatum attenditur penes additionem gradus ad gradum utroque remanente, verum est in materiali intensione, non autem in formalis. Unde secundum viam istius doctoris, loquentes de  
 1630 intensione formarum solum faciunt mentionem de intensione materiali et non de formalis, et ideo potius considerant extensionem formarum quam intensionem. Et cum dicitur de caritate ut est forma in infinitum augmentabilis, verum est extensive sed non intensive. Nam intensive caritas, cum sit de genere accidentis ipsius, summus gradus possibilis

---

1603 Ad primam] Cf. supra n. 130. 1617 Ad secundum] Cf. supra n. 131.

non attingit perfectionem asini vel alterius speciei in genere 1635  
substantiae situatae.

**137.** Et de hoc si quis vult suam intentionem clare conspicere, legat ipsum in distinctione 17, quaestione 4, articulo 3 I, ubi ponit quatuor conclusiones. Quarum prima est haec: cuiuslibet speciei caritatis creatae cuiusmodi est possibile individuum tantum finitum, latitudo individualis possibilis est solum finita. Secunda sua propositio est ista: in specie caritatis creatae et de facto infusae tota latitudo possibilis, tam specifica quam individualis, est praecise finita. Tertia est haec: aliqua potest esse gratia seu caritas creabilis tantum finita quae sit suprema possibilis. Quarta sua propositio est ista: non est possibile latitudinem gratiae nunc creatae vel quantumcumque creabilis de genere accidentis terminari exclusive ad Deum.

**138.** Ex quibus apparet quod confirmatio rationis per viam caritatis modicum contra eum facit. Unde si quis bene capit opinionem suam de perfectione specierum, leviter poterit suam intentionem videre de intensione formarum, quam alias propter coincidentiam minime recitavi.

**139.** Ad tertium argumentum cum dicitur radicaliter de albedine quae continet infinita individua quorum quodlibet perfectius est nigredine, et per consequens inter ipsas est infinitus excessus, apparet manifeste quod istud argumentum non concludit contra propositum, eo quod omnia talia non includunt maiorem intensionem quam unum tale in casu. Et ideo exemplum non est ad propositum de quantitate, quia ibi pedale additum pedali plus extendit, sed unum individuum alteri additum non intendit formaliter sed solum amterialiter; et ideo parum concludit.

**140.** Ad quartum cum dicitur de albedine informante unum pedale quod reducatur ad semipedale et sic in infinitum, apparet responsio per iam dicta. Nam intensive sive illa albedo reducatur ad semipedale sive ad punctum, cum sit illa albedo tante intensive denominabit unum subiectum sicut aliud. Nec imaginatio est multum ... arguat minutionem intensionis, sicut aer rarefactus et condensatus non est perfectior vel minus perfectus propter tales rarefactiones vel condensationes. Et sic in rei veritate istud argumentum potius est sophisticum quam reale; et sic adhuc remanet 1660 praedictae considerationis fundamentum..

**<Argumenta contra fundamentum tertiae considerationis>**

---

**1638** legat ipsum] Cf. IOANNIS DE RIPA, *In I Sent.*, d. 17, q. 4, a. 1      **1653** Ad tertium] Cf. supra n.133.    **1662** Ad quartum] Cf. supra n. 134.

141. Contra fundamentum tertiae considerationis, videlicet quod  
 imaginatio perfectionis specierum capienda est per modum continui et  
 non discreti, et tamen quacumque specie infra latitudinem entis signat,  
 1675 contingit dare immediate superiorum et immediate inferiorem, arguitur  
 aliquibus mediis. Et primo sic: dato isto fundamento, sequitur quod  
 inter angelum et materiam primam finitae tantum sunt possibles  
 species. Consequens est falsum, ergo et antecedens. Consequentia  
 1680 patet, ex quo inter quaslibet duas species finitas non sunt possibles  
 nisi finitae. Sed probo falsitatem consequentis, nam in genere  
 qualitatis sunt infinitae possibles species, et totum genus qualitatis est  
 sub specie angelica contentum. Ergo probo assumptum, nam signo  
 certum gradum albedinis quem Sortes<sup>C 158vb</sup> videat intuitive per intellectum,  
 1685 et signo illam visionem. Certum est tunc quod talis notitia intuitiva et  
 talis albedo specificē distinguuntur quia ab obiectis distinctis specificē  
 distinguuntur specificē notitiae obiectorum. Videat Sortes suam  
 visionem respectu albedinis, tunc illa est alterius speciei a visione  
 1690 albedinis, quia prima visio et secunda sunt visiones obiectorum specie  
 distinctorum. Et sicut arguo de visione secunda respectu primae, ita  
 consimiliter arguam de visione tertia respectu secundae et quarta  
 respectu tertiae. Cum igitur in talibus actibus reflexis sit processus in  
 infinitum, sequitur quod in genere qualitatis infinitae sunt possibles  
 species; quod est propositum.

1695 142. Praeterea, inter colores extremos, puta albedinem et  
 nigredinem, infinitae sunt possibles mediorum colorum species; ergo  
 fundamentum considerationis falsum. Consequentia patet; et  
 assumptum videtur Commentatoris in *De sensu et sensato*. Et potest  
 aliqualiter declarari, quoniam medii colores videntur consurgere ex  
 1700 concursu unitivo extremorum colorum. Sed iste concursus in infinitum  
 potest variari, ergo et species mediorum colorum in infinitum possunt  
 multiplicari. Consequentia patet quod sicut ex numero digito et  
 articulo constituitur tertia species numerorum quae in infinitum potest  
 1705 multiplicari. Ut patet: capto denario et unitate constitui numerus  
 alterius speciei a denario qui est numerus ... et similiter ab unitate qui  
 est principium numeri digitii, sic in proposito, et hoc propter nullam  
 aliam causam nisi propter ... . . . . . numerorum; quare propositum.

1710 143. Praeterea, quanto aliqua ratio est potentialior, tanto  
 illimitatior ad actus plures, sicut appareat de materia prima quae ratione  
 sua potentialitatis est respectu cuiuslibet formae, et universaliter  
 quanto aliqua materia non prima est materiae primae propinquior,

1673 Contra fundamentum] Cf. supra n. 112.

1698 De...sensato] AVERROES, *In De sensu et sensato*, ed. A. SHIELDS-H. BLUMBERG, CCAA-VII (Cambridge, Mass. 1949, p. 15).

tanto est potentialior et illimitatior. Sed ratio generis est potentialior quam ratio speciei quoniam species supra genus aliquid superaddit; ergo ratio generis illimitatior est quam ratio speciei. Cum igitur ratio speciei, non obstante sua limitatione minori, sit potentialis ad infinita individua, sequitur a fortiori quod ita erit de ratione generis quod erit potentialis ad infinitas species, et per consequens inter duas species infinitae sunt possibles species intermediae; quare propositum.

**144.** Praeterea, signo duas species essentialiter ordinatas et intermedias iuxta imaginationem quarum perfectior sit *a* et alia *b*. Tunc quaero cum *a* excedit *b*, aut divisibiliter excedit *b* aut indivisibiliter? Non est dicendum quod indivisibiliter, quia tunc *a* in nulla proportione excederet *b*, quod falsum est. Et consequentia patet quoniam<sup>c</sup> si per aliquem excessum divisibilem *a* excederet *b* in aliqua proportione excederet *b*, et si per medietatem illius excessus excederet in minore proportione excederet *b*, et sic semper minuendo excessum minuitur proportio. Ergo si indivisibiliter *a* excederet *b*, in nulla proportione excederet *b*, quod est falsum. Et consimiliter posset quaeri de specie immediate superiori ad *a*, quae si excederet *a* indivisibiliter, omnes illae specie essent aequales, ex quo in nulla proportione una excedit aliam. Si ergo detur quod divisibiliter *a* excedit *b*, habetur propositum quod *a* et *b* non sunt species immediatae, quoniam ille excessus sit in infinitum divisibilis, sequitur quod ex ipsis varia acceptatione poterunt species infinitae multiplicari.

## &lt;Responsio ad istas rationes&gt;

1735

**145.** Ad istas rationes respondeo per ordinem. Ad primam igitur quae consistit in ista radice de actibus reflexis in infinitum, videlicet de visione obiecti certi, puta albedinis, et de visione visionis et sic in infinitum, hic dico pro materia istius argumenti, iuxta mentem suam prout potest haberi ex dictis suis in suo prologo, quaestione penultima, articulo 2, pro quo praemitto tres propositiones. Prima est quod cuilibet obiecto intensiori obiective concurrenti ad visionem intuitivam sui necessario correspondet proportionalis activitas obiectiva. Patet, quia tale obiectum sicut cresceret in entitate, ita et intelligibilitate. – Secunda propositio est quod activitas obiectiva ut sic est ... ... ... ... imaginatione. – Tertia propositio quod talis activitas obiectiva non potest cuilibet enti correspondere. Patet, quia aliquid est visibile quod non potest per se ipsum sui notitiam obiective causare.

**146.** Ad propositum igitur dico ulterius, secundum mentem suam, quod nullam obiectum materiale potest causare effective

1740

1745

1750

---

1736 Ad primam] Cf. supra n. 141.1740 dictis suis] Cf. IOANNIS DE RIPA, *In I Sent.*,

prol. q. ?, a. 2 ???

aliquam qualitatem intellectualem, et ideo in tali casu albedo non causaret notitiam intuitivam. Sed tamen dato quod sic, adhuc non esset processus in infinitum, quia talis notitia intuitiva albedinis forsan non causat obiective sui notitiam sed est ipsamet sui ipsius notitia  
 1755 intuitiva, et ideo tollitur talis processus. Unde in rei veritate argumentum imaginatur quod quaelibet entitas possit obiective causare, quod non est verum, immo formaliter deveniretur ad aliquam entitatem quae nihil obiective causaret, sed esset sui ipsius notitia.

**147.** Et si DICATUR quod licet istud sit verum de qualitatibus intellectis, non tamen de sensitivis, ut forsan diceretur de infinitis reflexionibus speculorum, DICO quod adhuc idem est[  
 1760 ibi sentiendum quod perveniretur ad talem speciem quae nullo modo posset concurrere obiective ad causandum speciem vel notitiam sui. Et sic  
 1765 appareat quod non quaelibet qualitas potest sui ipsius speciem causare vel etiam radicare.

C 159rb

**148.** Et si DICATUR quod unaquaeque res sicut se habet in entitate, ita et in intelligibilitate, et per consequens quaelibet res potest sui ipsius speciem causare, concedo antecedens, et NEGO consequentiam. Et ratio est, quia res potest tripliciter cognosci: vel in  
 1770 sua causa, vel in suo effectu, vel in se ipsa. Quando cognoscitur in suo effectu, cognoscitur quodammodo per speciem ab ipso causatam, et ideo licet sint multae res quae non possunt sic cognosci, tamen quaelibet res potest cognosci vel uno modo vel alio. Et ideo argumentum procedit quodammodo negative ab inferiori ad superiorius  
 1775 praeponendo negationem inferiori et superiori. Sic arguendo ‘non potest a cognosci per effectum; ergo non potest cognosci’, argumentum nihil valet. Sic igitur appareat quid est ad istud argumentum dicendum.

**149.** Ad secundum cum diciatur quod inter extremos colores sunt infiniti intermedii, hic dico, iuxta mentem suam, quod falsum est quod supponitur, videlicet quod aliqui sunt extremi colores ex quibus medii componantur ab extremis specificie differentes. Ista autem comparatio non est imaginanda nisi materialis; non enim ibi resultat novus gradus maioris vel novae perfectionis, quamvis quandoque hoc sit verum de forma completa ex mixtione elementorum ubi forma resultans perfectior est quolibet illorum. Sed in proposito non est verum; non enim est talis colorum mixtio, sed potius ex variatione subiectorum apparent tales colores specificie a primis differre, quod non est verum. Et sic arguam quod secundum rem, ad imaginationem istius doctoris,

---

**1766** unaquaeque...767 intelligibilitate] Cf. ARIST., *Metaph.*, II, c. 1 (AL XXV-3, 44; a, c. 1; 993b 31-32): Quare unumquodque sicut se habet ut sit, ita et ad veritatem. **1779** Ad secundum] Cf. supra n. 142.

ex albedine et nigredine non fit comparatio formalis alicuius coloris  
sed solum materialis quemadmodum aquae cum vino. Sed secus est de  
aliis coloribus, utpote rubedine, viriditate, et sic in genere coloris  
infinitae tantum sunt species. Unde ex hoc sequitur rubedo non dicitur  
medius color quia participat extrema, sed quia est color qui nec est  
albedo nec nigredo quos colores vulgus vocat extremos. Et sic apparent  
quid est de isto argumento dicendum.

C 159va

**150.** Ad tertium de similitudine generis ad species et species ad  
individua, apparent quod similitudo deficit, quia in species est ordo  
essentialis, et ideo genus finitum non est potentiale ad infinitas  
species; in individuis vero non est ordo essentialis. Et cum dicitur  
quod genus est magis potentiale, dico quod istae potentialitates non  
sunt eiusdem rationis. Et ideo non oportet quod si una sit  
indeterminata ad numerum suarum actuationum quod consimiliter sit  
alia.

**151.** Ad quartum cum quaeritur vel excedit species immediate  
superior sibi immediatam divisibiliter vel indivisibiliter, dico breviter  
quod divisibiliter. Et cum dicitur quod tunc non sunt immediatae, nego  
consequentiam. Et ratio est quia huiusmodi excessus est speciei  
intrinsecus cum per totam suam latitudinem excedit aliam speciem,  
quae latitudo divisibilis est cum sit per modum continui, unde  
argumentum imaginatur excessum intermedium, et nullus talis est. Sed  
excessus iste est tantummodo ipsam speciei superioris latitudo. Et  
sic apparent quid est de istis considerationibus sentendum.

<Argumenta contra quartam considerationem>

**152.** Contra quartam considerationem quae tenebat pro  
fundamento quod individuum addit ultra speciem actum substantiali  
ulteriorem qui est perfectio simpliciter, arguitur aliquibus mediis. Et  
primo sic: dato fundamento istius considerationis, sequitur quod  
aliqua duo individua eiusdem speciei specialissimae sunt diversarum  
specierum specialissimarum. Consequens est manifeste falsum, ergo  
et antecedens, et per consequens fundamentum huius considerationis.  
Consequentialia probatur, quoniam quaecumque duae rationes sic se  
habent quod una addit super aliam novam replicationem unitatis  
divinae, illae differunt specifice; sed sumptis duabus rationibus  
quarum una est specifica et altera individualis, illae sic se habent quod  
una addit super aliam novam replicationem unitatis divinae; ergo tales  
differunt specifice et per consequens ... ... ... quae sunt sub tali specie  
differunt specifice a tali ratione individuali, et ita quae sunt eiusdem

---

**1797** Ad tertium] Cf. supra n. 143.    **1805** Ad quartum] Cf. supra n. 144.    **1815** Contra  
quartam] Cf. supra n. 113.

1830 speciei differunt specificie. Consequentia patet, et maior per istam positionem quae ponit quod constitutio speciei secundum perfectionem attenditur penes multitudinem replicationis unitatis divinae, et minor est fundamentum istius considerationis; quare propositum.

1835 **153.** Praeterea, quaecumque sunt essentialiter ordinata, sic se habent quod impossibile est ipsa esse aequalis perfectionis; sed quaecumque constituantur in esse sic quod ratio unius praesupponit rationem alterius et non e contra, sunt essentialiter ordinata; ergo quaecumque talia sunt inaequalis perfectionis. Consequentia patet et propositiones assumptae similiter. Et adhuc declaratur minor, quoniam 1840 apparet in numeris manifeste; nam ternarius et binarius essentialiter ordinantur pro eo quod ternarius praesupponit binarium et non e contra; et sic universaliter apparet in quibuscumque essentialiter ordinatis.

1845 **154.** Et tunc ultra: si ergo ratio individualis et ratio specifica sint essentialiter ordinatae, sequitur quod ratio individualis est perfectior ratione specifica. Consequens videtur impossibile pro eo quod tota individualis ratio videtur partialiter sub ratione specifica contineri.

1850 **155.** Praeterea, dato fundamento istius considerationis, sequitur quod impossibile est duo individua eiusdem speciei fore aequalis perfectionis. Consequens videtur falsum ergo et antecedens. Consequentia probatur, quoniam omnia quae se habent per modum numeri sunt inaequalis perfectionis; sed data ista imaginatione sic se habebunt individua ad speciem sicut species ad genera, et per consequens sicut species ad genera se habent per modum numeri, ita 1855 similiter individua ad species se habebunt. Consequentia patet. Probatur minor quoniam in latitudine individuali, ita est superadditio gradus perfectionalis unius individui supra aliud, sicut in latitudine generis est perfectionalis additio speciei supra speciem; cum sicut species addit unam perfectionem simpliciter supra immediate sibi 1860 inferiorem, sic faciat individuum supra individuum. Et per consequens quam impossibile est duas species fore aequalis perfectionis, tam et duo individua, quod non videtur verum; quare propositum.

1865 **156.** Praeterea, data ista imaginatione, sequitur quod possibile est duo individua se invicem in eadem specie excedere infinite. Consequens est falsum, ergo et antecedens. Consequentia probatur, quoniam infinitae perfectiones individuales sunt possibles in eadem specie; sed quaelibet superaddit alteri perfectionem simpliciter; ergo si daretur supremum individuum in tali specie, infinite excederet aliquod individuum citra ipsum signatum; sed quod possit dari supremum, 1870 secundum sic opinantem, est possibile; ergo propositum. Sed falsitas consequentis apparet, quia tunc tale individuum plus excederet aliquid

C 159vb

in eadem specie quam una species excedit aliam, immo sequeretur quod tale individuum esset formaliter infinitum cum ipsum esset in esse constitutum ex infinitis replicationibus unitatis divinae; quare propositum.

1875

**157.** Praeterea, signo per imaginationem perfectionem quam superaddit individuum supra speciem et sit *a*. Tunc quaero: vel *a* terminatur exclusive ad Deum vel non? Non est dicendum quod non, quia quaelibet perfectio naturaliter terminatur ad Deum exclusive. si ergo ratio quam addit individuum supra speciem sit perfectio simpliciter, sequitur quod quaelibet talis terminatur ad Deum exclusive. Ex quo sequitur quod est infinita. Tunc probo quod possibile est individuum superaddens istam perfectionem acquirere summum gradum *a*, non mutando speciem, et per consequens possibile est quodlibet individuum inclusive ad Deum terminari, quod est contra istum doctorem. Consequentia patet. Probo antecedens, quoniam nulli gradus eiusdem rationis variant speciem; sed omnes gradus correspondentes *a* sunt eiusdem rationis; ergo nulli tales gradus variant speciem. Et per consequens, dato quod aliquod individuum acquireret summum gradum *a*, non variaret per hoc propriam speciem,| quare propositum.

C 160ra

1880

1885

1890

**<Ad rationes supra dictas. Conclusio 1>**

**158.** Pro responsione ad istas rationes et fundamenti considerationis notitia pleniori quatuor pono conclusiones. Quarum prima sit ista: Quamvis sit impossibile varias perfectiones specificas ab eodem non-gradu oriri, tamen possibile est perfectiones individuales ab eodem non-gradu incipere versus sursum. Prima pars istius conlusionis appareat per ea quae dicta sunt, quoniam species se habent sicut numeri. Ergo quam impossibile est duos numeros incipere ab eodem non-gradu, tam etiam duas species; sed duos numeros incipere ab eodem non-gradu est simpliciter impossibile; ergo propositum. Probatur ista minor, quoniam denarius et novenarius non possunt incipere ab eodem non-gradu, quia non-gradus denarii est novenarius et novenarii octonarius, et sic consequenter de aliis; ergo propositum. Sed secunda pars probatur, quoniam vel rationes individuales alicuius speciei incipiunt a non-gradu suaे speciei vel ab aliquo non-gradu imperfectiori quam sit gradus propriae speciei, vel ab aliquo non-gradu perfectiori, vel se habent huiusmodi perfectiones individuales in latitudine specifica sicut numeri. Ultimum non potest dari, quia tunc non possent esse duo individua eiusdem speciei aequē perfecta, quod non videtur verum. Nec penultimum potest dari, quia tunc esset aliquis gradus specificus rei non correspondens perfectio individualis, quod videtur falsum. Nec antepenultimum potest dari, quia tunc tunc daretur gradus individualis sine gradu specifico, vel

1895

1900

1905

1910

- 1915 saltem unus gradus individualis esset in diversis speciebus, quod videtur falsum. Et consequentia patet, nam ex quo latitudo perfectionis individualis protenditur ultra latitudinem speciei, oportet vel quod talis ratio sit in diversis speciebus, vel quod sit sine specie. Et ita per sufficientem divisionem, oportet quod perfectiones individuales incipient a non-gradu propriae speciei, et per consequens ab eodem non gradu.

**<Conclusio 2>**

- 159.** Secunda conclusio est haec: quod quamvis ex additione perfectionis specificae ad aliquam rem proveniat maior distantia a non-esse simpliciter, non tamen ex additione perfectionis individualis provenit distantia aequalis. Prima pars patet ex his quae sepius sunt declarata. Et secunda apparet, quia quandocumque aliquae perfectiones distant ab eodem non-gradu per additionem cuiuscumque illarum ad aliquam rem, talis non fit distantior a non-gradu, ex quo talis gradus non habet quod sit distantior a non-gradu simpliciter plus quam aliis.

**<Conclusio 3>**

- 160.** Tertia conclusio est haec: quod quamvis latitudo specierum se habeat per modum discreti, non tamen latitudo individualium perfectionum sic se videtur habere. Prima pars patet, quia nullae duas species non-communicantes non possunt esse aequales. Et secunda pars patet, quia omnes tales incipiunt ab eodem non-gradu, et per consequens ibi non est ordo numeralis, cum semper maior numerus sit distantior a non-esse numeri quam minor numerus; quare etc.

C 160rb

1940

**<Conclusio 4>**

- 161.** Quarta conclusio est, quamvis in speciebus hoc sit generaliter verum, quod superior continet perfectionaliter inferiorem, non tamen hoc verum est in rationibus individualibus quod ratio individualis unius speciei continet perfectionaliter rationem individualem alterius speciei. Prima pars apparet, quoniam species, ex quo se habent per modum numeri sicut numerus maior continet minorem, ita species superior inferiorem. Sed probo pro parte secunda, quoniam si ratio individualis superior contineret rationem individualem speciei inferioris, tunc contineret omnem perfectionem essentialiem talis individui. Consequens est falsum, quia tunc, cum caliditas est perfectior frigiditate, sequitur quod sicut frigiditas potest frigiditatem producere, ita et caliditas, immo homo posset producere asinum, quod non videtur verum; quare propositum.

- 162.** Pro quo advertendum est quod duobus modis potest intelligi replicatio unitatis divinae: uno modo pro quacumque

participatione divinae perfectionis, et sic non solum participatio divini esse dicetur perfectio simpliciter, sed etiam participatio divini posse, prout li posse distinguitur ab esse. Alio modo sumitur replicatio unitatis divinae magis stricte pro replicatione solius perfectionis divinae constitutivae per modum unitatis mathematicae. Nunc autem ad propositum applicando ratio individualis non addit perfectionem simpliciter supra speciem isto modo sed tantum modo primo large sumpto. Et per hoc apparet declaratio istius quartae conclusionis quod alia est perfectio qua species constituitur in esse, alia qua individuum. Et ideo ratione huius varietatis potest provenire quod species superior contineat speciem inferiorem, quamvis individualis ratio superioris speciei non contineat inferiorem.

1960

1965

**<Ad argumenta superius adducta>**

**163.** His igitur praemissis leve est solvere rationes adductas in contrarium. Ad primam cum dicitur quod dato fundamento istius considerationis sequitur quod individua eiusdem speciei sunt diversarum specierum loquendo de specie specialissima, nego consequentia. Et ad probationem cum dicitur quod rationes quae sic se habent quod una addit supra aliam replicationem aliquam unitatis divinae sunt differentes specifice, hic dico quod verum est loquendo de replicatione unitatis divinae prout est perfectio constitutiva per modum unitatis mathematicae, non autem de quacumque replicatione quae est participatio divinae perfectionis qualitercumque, ut dictum est.

1970

1975

1980

C 160va

**164.** Ad secundam cum dicitur quod essentialiter *<ordinata>* se habent inaequaliter in perfectione, et ita est inter individua, dato isto fundamento; ergo etc., hic dico quod sicut conclusio tertia dicebat quod inter huiusmodi perfectiones individuales non est ordo essentialis, quia huiusmodi rationes non se habent per modum discreti, cum omnes incipiunt ab eodem non-gradu; quare propositum.

1985

**165.** Ad tertium cum dicitur quod dato isto fundamento sequitur quod impossibile est duo individua eiusdem perfectionis fore aequalis perfectionis, nego consequentiam. Ad probationem, quia ex quo se habent per modum numeri, sequitur quod sunt inaequalis perfectionis, ex prima conclusio apparet responsio quod non omnia individua sunt aequalis perfectionis et similiter inaequalis. Et ratio *<est>*, quia perfectiones individuales ab eodem non-gradu incipiunt. Et ideo

1990

---

1962 primo] modo *add. C*

1970 Ad primam] Cf. supra n. 152.  
conclusio tertia] Cf. supra n. 160.  
conclusio] Cf. supra n. 158.

1980 Ad secundam] Cf. supra n. 153. 1982  
1986 Ad tertium] Cf. supra n. 155. 1990 prima

perfectio individui attenditur penes diversam participationem perfectionis quam superaddit individuum propriae speciei, vel penes participationem plurium individualium rationum. Nunc autem, licet in eadem latitudine perfectionis non possunt esse plura individua aequalis perfectionis, tamen in diversis hoc potest accidere quod, signatis duabus perfectionibus quas individua superaddunt propriis speciebus, possibile est quod unum participat suam perfectionem sub gradu distante a non-esse propriae speciei per duplum, et consimiliter aliud per tantumdem distet a non-esse proprie speciei ex participatione suae perfectionis superadditae speciei; quare propositum.

**166.** Ad quartum cum dicitur quod dato isto fundamento sequitur quod possibile est unum individuum exceedere aliud ... . Ad probationem cum dicitur quod infinitae sunt perfectiones individuales quarum quaelibet superaddit alteri et per consequens si esset supremum individuum in tali specie, illud esset infinitum, hic dico quod huiusmodi perfectiones individuales non se habent per modum numeri, sed distant aequaliter a non-esse simpliciter, cum incipient ab eodem non-gradu, et ideo una non est formaliter perfectio alia. Et ideo dato quod omnes tales concurrerent in uno individuo, non propter hoc illud redderet infinitum. Unde quamvis participatio plurium talium perfectionum quas superaddunt individua supra species reddant individuum extensive perfectius, non tamen intensive. Et ideo sicut latitudo specifica est finita, et ita quaelibet latitudo individualis correspondens tali speciei erit finita..

**167.** Et si DICATUR quod ex infinitis perfectionibus redditur quid infinitum intensive, NEGO istud, nisi sint tales perfectiones quae teneant modum discreti. Unde si infiniti homines essent, non argueret maiorem perfectionem intensivam quam unus solus facit. Et tota ratio est, quia perfectiones individuales<sup>1</sup> istorum incipiunt ab eodem non-gradu et terminantur, ut individuales sunt, ad suum gradum propriae speciei. Et ideo tante una illarum est intensive perfecta quante omnes simul, propterea non arguunt infinitatem intensivam.

**168.** Ad quintum cum signatur perfectio quae individuum superaddit propriae speciei, et quaeritur vel terminatur ad deum exclusive vel non, dico breviter quod sic. Et cum ex hoc arguitur quod possibile est aliqua individua speciei finitae exclusive ad Deum terminari, hoc nego. Ad probationem cum dicitur quod ponatur quod tale individuum continue intendatur acquirendo talem perfectionem, hic dico quod non posset tale individuum sic intendi quin intraret perfectiones superiorum specierum. Et ideo argumentum non multum

C 160vb

---

**2003** Ad quartum] Cf. supra n. 156. **2025** Ad quintum] Cf. supra n. 157.

concludit. Sic igitur appareat quomodo adhuc individuum, his non obstantibus, propriae speciei aliquam perfectionem ulterius superaddit.

**<Oriuntur duo dubia>**

2035

**169.** Sed ex dictis oritur dubium. Videtur, secundum praemissa, quod eadem ratio potest correspondere conceptui generis, speciei et individuis. Patet, quia perfectio quam superaddit individuum supra speciem exclusive terminatur ad Deum; et per consequens infinitis speciebus et genrebus correspondet, quod videtur falsum, quia tunc individuum secundum rationem individualem haberet conceptum communem, quod non videtur verum.

**170.** Similiter sequitur quod omnia individua inciperent a non-gradu simpliciter, quoniam genus generalissimum incipit a non-gradu simpliciter. Cum igitur alia genera constituentia tale genus se habent ad tale genus ut individua ad species, sequitur quod sicut individua et species incipiunt ab eodem non-gradu, ita omnia genera et genus generalissimum. Et cum species se habent ad genera ut genera ad generalissimum, sequitur quod ipsae incipiunt ab eodem non-gradu cum genere generalissimo, et ita individua similiter inciperent a non-gradu simpliciter, quod tamen positioista negat.

**<Responsio auctoris ad dubia>**

**171.** Ad primum istorum dico quod nullum est inconveniens eandem rationem diversis generibus, speciebus et individuis correspondere. Nam quod rationale sit in inferiori specie, ratio actualis a qua sumitur ultima differentia specifica hominis, et in superiori specie, puta angelica, sit potentialis, nullum videtur inconveniens. Et videtur quod tunc ratio individualis esset ratio communis ... non sequitur, sed bene sequitur quod ratio illa a qua oritur ratio individualis est communis. Et hoc verum est, nam tali rationi individuum superaddit rationem incomunicabilem positivam.

C 161ra **172.** Ad secundum | necessario(?) cum dicitur de generalissimo quod eius non-gradus est non-gradus simpliciter, dico quod falsum est, immo non-gradus cuiuslibet generis generalissimi est citra nonj-esse simpliciter. Unde pro isto advertendum est quod materia prima est extra omnem rationem praedicamentalem versus extremum remissius. Species igitur aliqua immediata tali materiae versus sursum est ratio qua genus generalissimum superaddit enti, et ideo ipsorum non est idem non-genus.

---

2045 alia] re add. sed del. C 2068 ideo] mg. C

---

2053 Ad primum] Cf. supra n. 169. 2062 Ad secundum] Cf. supra n. 170.

2070      **173.** Imaginatio ergo istius positionis in hoc consistit: divina  
essentia est ad extra participabilis cui infinitae denominationes  
perfectionum simpliciter correspondent, tam constitutivae per modum  
unitatis mathematicae quam aliae. Nunc autem prima replicatio istius  
unitatis est communissima qua constituitur in esse prima materia et quae  
2075     in omnibus aliis creatis entibus est potentialis ad ulteriorem  
perfectionem citra quam materiam incipiunt genera et species quae  
terminantur secundum proprias limitationes intrinsecas per additionem  
aliquam denominationis perfectionis simpliciter ad gradum immensum  
denominationis consimilis exclusive terminatae. Et sic sunt duo  
2080     exclusivi termini omnem rationem generis et speciei continentes: unus  
est summe potentialis, videlicet prima materia, et alter summe  
actualis, videlicet ipse Deus, quia ratio generis et speciei se habent per  
modum actus et potentiae. Quia igitur summus gradus potentiae  
excludit rationem actus, et similiter summus gradus actualitatis  
2085     excludit rationem potentiae, ideo prima materia, et super simpliciter  
gradus essendi in genere minime continentur. Ceterae vero  
denominationes perfectionis simpliciter per modum unitatis  
mathematicae constitutivae incipiunt a non-gradu denominationis  
propriae et terminantur ad gradum immensum denominationis  
2090     consimilis exclusive. Species vero et genera incipiunt a non-gradu  
denominationis propriae et secundum propriam limitationem  
intrinsecam terminantur, et ultra rationes specierum et generum  
individua superaddunt perfectiones simpliciter a non-gradu propriae  
speciei sumentes exordium usque ad Deum exclusive terminum  
2095     cipientesque genera, species et individua perfectionibus quiditativis et  
communibus superaddunt incomunicabiles rationes quae possunt  
rationes distinctive merito nuncupari. Unde ratio entis est  
comunissima et consequenter huic ratio generis superaddit cui  
superaddit speciei ratio et his individualis ratio superaddit. Et sic  
2100     apparet quod latitudo specierum quodammodo per modum continui et  
quodammodo per modum discreti existit imaginanda. Et ista mihi  
apparet fundamentalis positio quam in hac parte magister Ioannes de  
Ripa dignoscitur habuisse.

2105      **174.** Declarata aliquantulum diffuse opinione<sup>c</sup> magistri Ioannis  
de Ripa, nunc breviter declarare intendo modum quem credo fuisse  
Doctoris Subtilis, domini Petri Aureoli et communiter antiquorum  
doctorum.

C 161rb

<Opinio aliorum doctorum. Conclusio 1>

---

2102 de Ripa] *scrip. pos.* habuisse *sed corr. signis transp.* C

**175.** Pro cuius opinionis declaratione tres pono conclusiones. Quarum prima sit ista: penes maiorem approximationem ad entitatem simplicis gradus non attenditur perfectionalis differentia specierum. Ista conclusio tribus mediis declaratur. Et primo sic: nulla aequaliter excessa ab aliquo tertio possunt per illud tertium inaequaliter mensurari; sed omnes species creaturarum sunt aequaliter excessae ab entitate supersimplicis gradus; ergo nullae tales species possunt perfectionaliter attendi penes entitatem supersimplicis gradus. Consequentia patet. Et maior declaratur, quoniam captis duabus quantitatibus quarum ad tertiam sit subdupla vel subtripla proportio, numquam per illam tertiam tales quantitates inaequaliter mensurentur. Verbi gratia, signatis duobus pedalibus respectu tripedalis, constat quod a tali aequaliter exceduntur, et ideo numquam per tripedale tales quantitates possent inaequaliter mensurari. Sed minor probatur, quoniam Dei ad creaturam quamlibet est infinitus excessus et per consequens *<in>aequalis*; ergo per talem considerationem ad entitatem primam, non potest attendi perfectionalis differentia specierum. Et assumptum patet, quoniam quaecumque Deus excedit, infinite ipsa excedit; quare propositum.

**176.** Praeterea, si huiusmodi specierum differentialis perfectio vel perfectionalis differentia attenderetur penes maiorem accessum ad summum gradum: vel ergo huiusmodi accessus esset aequalis vel inaequalis. Non est dicendum quod aequalis, quia tunc omnes species essent aequaliter perfectae, quod falsum est. Si ergo inaequalis, tunc Deus inaequaliter excederet hominem et angelum, et per consequens plus hominem quam angelum, cum species angelica sit perfectior. Vel ergo finite plus vel infinite plus. Non est dicendum quod finite plus, quia tunc finite Deus excederet hominem et angelum. Nec infinite plus excederet hominem quam angelum, quia tunc angelus infinite hominem excederet, quod non est verum. Et probo quod si finite plus excedit hominem quam angelum quod utrumque finite excedit. Nam quaero: numquid angelum finite excedit vel non? Si sic, habetur propositum. Si non, tunc angelum excedit finite et tamen excessus quo plus excedit hominem quam angelum est finitus. Contra: huiusmodi excessus est infinitus cum sit entitas supersimplicis gradus quae per se ipsam excedit quodlibet ab eo excessum; quare propositum.

**177.** Praeterea, beatus in Verbo videt perfecte excessum unius speciei super aliam; sed beatus in Verbo non potest perfecte videre quante Deus excedit species creatas; ergo huiusmodi perfectionalis specierum differentia non attenditur penes maiorem vel minorem accessum ad summum. Consequentia patet. Et assumptum apparent, quoniam beatus in Verbo habet notitiam existentium quorumcumque, 2150 vel saltem anima Christi prout communiter tenent doctores; quare

propositum. Sed minor probatur, quoniam nullus beatus potest cognoscere perfecte proportionem duorum extremorum nisi perfecte et comprehensive cognoscat illa extrema. Nunc autem nullus beatus potest comprehensive ipsum Deum cognoscere; ergo nec per consequens excessum Dei plus supra unam creaturam quam supra aliam.

2155 178. Confirmatur ratio, nam si non possem cognoscere quantae perfectionis praecise sit denarius, numquam dicerem quod denarii ad quinarium est proportio dupla. Et per consequens cum beatus non possit perfecte ad plenum cognoscere Deum, numquam poterit iudicare quod plus unam creaturam excedit quam aliam, et per consequens nec per hoc cognosceret quantum una species aliam in perfectione excedit; quare propositum.

2165

### <Conclusio 2>

179. Secunda conclusio est haec: penes distantiam a non-gradu simpliciter non attenditur perfectionalis differentia specierum. Ista conclusio sic probatur: nullum prius perfectione habet mensurari penes aliquid perfectionaliter posterius vel consecutive se habens; sed per prius est speciem esse quam a non-gradu simpliciter distare perfectionaliter vel saltem speciem a non-gradu distare consecutive se habet ad perfectionem speciei; ergo propositum. Consequentia patet. Et maior ex hoc, quoniam perfectio hominis non habet mensurari per perfectionem asini, sed potius e converso. Nec etiam perfectio hominis habet mensurari penes hominem non-esse asinum quod consecutive se habet ad hoiminem esse ... si nihil esset, non minus ita esset quod homo non est asinus. Sed si nihil esset, non propter hoc cognosceretur quantae perfectionis est homo per hoc quod non est asinus; ergo nec modo. Sed minor probatur, nam priora natura sunt posteriora perfectione(?), et hoc loquendo de prioritate naturae, prout idem est quod non converti subsistendi convertibiliter, et sic perfectius est in quocumque gradu esse hominem quam simpliciter esse hominem, quia ad esse hominem in *a* gradu sequitur esse hominem, et non e contra. Cum igitur ad esse alicuius speciei sequitur ipsam a non-gradu essendi simpliciter distare et non e contra formaliter sequitur quod per prius perfectionaliter est esse speciei quam ipsam a non-gradu distare. Vel saltem sic distare praesupponit esse existere speciei, vel possibiliter vel actualiter. Et per consequens sua perfectio hoc nullatenus mensuratur.

---

2180 prout...181 convertibiliter] Cf. ARIST., *Categ.*, c. 12 (AL I-1, 37; c. 12; 14a 29-30).: Secundo quod non convertitur secundum subsistendi consequentiam.

- C 161vb **180.** Praeterea, nulla negatio habet mensurare suam oppositam affirmationem; sed potius affirmatio habet mensurare suam oppositam negationem; sed non-gradus simpliciter est negatio cuiuslibet gradus essendi, et positio totius entis est opposita affirmatio; ergo sequitur quod nulla positio alicuius entis habet mensurari perfectionaliter penes non-gradum simpliciter secundum maiorem distantiam vel minorem. Consequentia et minor patent. Et maior declaratur, quoniam omnis negatio vel est affirmationis negatio, vel non. Si sic, quaero de illa negatione et sic vel erit processus in infinitum, vel deveniendum est ad aliquam negationem quae est alicuius affirmationis. Et per consequens omnes illae negationes haabent per illam affirmationem mensurari. 2190

**181.** Et confirmatur in exemplo familiari, nam nescio praecise quot millaria non sunt de isto loco usque ad Sanctum Dionysium nisi per hoc quod scio quod sunt tria vel quatuor; et ita appareat in omnibus generaliter quod negatio mensuratur penes affirmationem oppositam et non e contra; quare propositum. 2200

**182.** Praeterea, nihil positivum vel negativum aequaliter respiciens aliqua duo est sufficiens medium cognoscendi differentiam unius ab alio; sed non-esse simpliciter est negatio aequaliter respiciens quodlibet positivum; ergo penes illud non attenditur speciei perfectio. Consequentia patet, et maior per declarationem positam in prima ratione. Et minor probatur, quoniam a non-esse simpliciter aequaliter sequitur non-esse cuiuslibet speciei, et per consequens non plus opposita affirmatio unius speciei habet mensurari penes tale non-esse simpliciter quam alia. 2210

**183.** Et confirmatur, nam signatis duabus latitudinibus oppositis, quanto magis distat a summo gradu unius, tanto plus accedit ad ... gradum alterius ... maxime ubi oppositio est immediata. Nunc autem non-esse simpliciter opponitur infinitae actualitati essendi; ergo perfectio specierum attenderetur penes distantiam a non-esse simpliciter ipsarum perfectio attenderetur penes accessum ad summum, quod est contra primam conclusionem; quare propositum. 2220

**<Conclusio 3>**

**184.** Tertia conclusio est haec: universaliter quarumlibet creaturarum perfectionalis differentia attenditur penes aliquem supremum possibilem et finitum. Ista conclusio sic probatur: quodlibet quod ab alio mensuratur, aut mensuratur ab aliquo positivo, aut ab aliquo mere negativo. Non ab aliquo mere negativo, ut deductum est 2225

**2227** Non...negativo<sup>2</sup>] in imo fol. C

**2221** primam conclusionem] Cf. supra n. 175-178.

per probationem conclusionis secundae. Si ergo ab aliquo affirmativo:  
 vel illud est finitum, vel infinitum. Non potest poni infinitum, prout  
 2230 dicit prima conclusio. Vel ergo illud ens finitum est in latitudine entis  
 summum possibile, vel infimum, vel aliquod intermedium. Non potest  
 dari aliquod infinitum, nihil tale potest se perfectius mensurare. Nec  
 aliquod intermedium per similem rationem. Ergo oportet per  
 sufficientem divisionem quod sit aliquid supremum possibile et  
 2235 finitum; quare propositum.

**185.** Praeterea, nihil<sup>1</sup> potest ab aliquo mensurari sic quod ex hoc  
 eius perfectio cognoscatur cuius ad illud proportio reperitur; sed finiti  
 ad infinitum nulla reperitur proportio; ergo propositum. Consequentia  
 patet. Et maior, quoniam data aliqua quantitate infinita per illam non  
 2240 possem cognoscere quantum esset bipedale quia eadem ratione  
 cognoscerem tripedale et indistincte cum respectu utriusque sit  
 aequalis excessus. Minor est nota; quare propositum.

C 162ra

**186.** Praeterea, processus ad formam et actum non potest esse  
 infinitus; ergo in quolibet processu tali est veniendum ad unum  
 2245 simpliciter primum; ergo quacumque latitudine signata ipsius  
 creaturae procedendo versus sursum est dandus summus gradus. Talis  
 autem non est Deus, cum non sit in latitudine creaturae; ergo est  
 aliquid citra Deum et per consequens finitum, cum quodlibet citra  
 infinitum sit finitum. Cum igitur tale ad quodlibet sibi posterius habet  
 2250 finitam proportionem maioris inaequalitatis, sequitur quod istud est  
 mensura quorumlibet aliorum citra se. Et hoc videtur expresse de  
 intentione Philosophi, XII *Metaphysicae*, dicentis quod in omni genere  
 est devenire ad unum quod est metrum et mensura omnium aliorum in  
 genere; quare propositum.

**187.** Imaginatio ergo istorum doctorum potest in hoc consistere:  
 quia enim summum in rebus est ipse Deus qui, secundum fidem, non  
 solum durative sed etiam intensive dicitur infinitus. Ideo ipsius ad  
 nihil citra se potest esse proportionalis mensura. Quodlibet igitur citra  
 2260 Deum imaginabile finitum tantummodo cogitatur. Et ideo cum rei  
 posito non habet penes privationem propriam mensurare. Idcirco  
 concluditur quod est aliquod positivum et non infinitum nec finitum  
 nec aliquod intermedium. Ideo dicitur quod est supremum possibile et  
 finitum in genere creaturae. Ex quo apparet quod apud istos tota

**2228** conclusionis secundae] Cf. supra n. 179.

**2230** prima conclusio] Cf. supra n.

175-178. **2252** Philosophi] Rectius ARIST., *Metaph.*, X, c. 1 (AL XXV-3, 197; I, c. 1;  
 1052b 25-26): Hinc autem et in aliis dicitur metrum quo primo unumquodque  
 cognoscitur; *Auct. Arist.*, ed. J. HAMESSE, p. 135: In unoquoque genere est dare aliquod  
 primum et minimum quod fit metrum et mensura omnium illorum quae sunt in illo  
 genere.

latitudo creabilis est quoddam continuum imaginarium cuius summa actualitas est finita. Et tamen quacumque parte talis continui signata contingit dare minorem, licet non contingat dare maiorem. Sic conformiter est imaginandum de perfectionibus specierum. Unde ista opinio fundamentaliter primae opinioni contradicit, quoniam ipsa ponit speciem infinitam possibilem et supremam infinitam possibilem. Et ista nullam ponit infimam possibilem speciem sed processum in infinitum versus potentiam. Et ponit supremam possibilem fore finitam penes quam attenditur perfectionalis differentia specierum.

**<Argumenta contra hanc opinionem>**

**188.** Sed ut haec opinio clarius appareat arguo contra conclusiones ipsius et fundamentum suaे positionis. Et primo contra primam conclusionem sic: quodlibet quanto existit alicui similius, tanto est eidem propinquius; sed quaelibet creata species quanto est perfectior, tanto est Deo similiор; ergo quaelibet creata species quanto perfectior, tanto Deo propinquior; et per consequens conclusio falsa. Consequentia patet. Et maior ex hoc, quoniam similitudo formaliter videtur quaedam<sup>C 162rb</sup>] propinquitas. Et minor apparet, quoniam anima intellectiva similiор Deo dicitur quam lapis, quia quaelibet imago plus accedit ad Dei similitudinem quam vestigium; quare propositum.

**189.** Praeterea, non obstante infinite alicuius extremi, stat aliqua inaequaliter distare ab ipso; ergo et penes ipsum perfectiones taliter possunt mensurari. Consequentia patet. Et antecedens probatur, nam dato per imaginationem quod aliqua linea protrahatur in infinitum a centro terrae versus circumferentiam, et signato aliquo puncto in data linea inter centrum terrae et quemcumque alium punctum, non obstante infinite recessus talis lineae secundum aliquam partem, adhuc tamen una distantia videtur maior alia, quia potest dividi in aequale et in illud quod excedit. Sic conformiter in proposito potest una species habere minorem distantiam alia, et tamen huiusmodi species habere infinitas distantias. Nec videtur inconveniens quod unum infinitum sit maius alio, ut multi concedunt de revolutionibus lunae et solis, quae tamen via philosophica utrobique sunt infinitae.

**<Contra haec argumenta>**

---

**2265** tamen] quod add. sed del. C    **2266** Sic] iter. sed del. C    **2276** quanto] quante C  
**2279** Deo] similiор add. sed del. C

---

**2275** contra primam] Cf. supra n. 175.    **2295** multi concedunt] Cf. e. g. BONAV., *In II Sent.*, d. 1, p. 1, a. 1, q. 2, n. 1-2 (ed. Quaracchi 1885, II, p. 20b-21a); IOAN. PECHAM, *Quaest. Disp. De aeternitate mundi*, q. 2, ed. I. BRADY-V. POTTER-G. ETZKORN in *Bibliotheca Franciscana Scholastica XXVIII* (Grottaferrata 2002, p. 586, 591).

**190.** Ad ista respondeo. Ad primum cum dicitur quod quanto aliquid alicui est similius, tanto propinquius; sed quanto perfectius, tanto Deo similius; ergo propositum, hic dico pro materia argumenti quod similitudo potest duobus modis intelligi, proprie et improprie. Proprie aliqua dicuntur similia quando convenient in aliquo tertio secundum certam proportionem. Improprie vero et communiter quando aliquid praedicatum convenit aliquibus exprimens maiorem perfectionem in utroque extremo quam faciat aliud praedicatum respectu unius extremi dati cum alio. Ut, verbi gratia, capio istos tres terminos Deus, homo, lapis; Deo et homini competit hoc praedicatum quod est ‘esse intellectuale’, et similiter Deo et lapidi competit hoc praedicamentum quod est ‘esse’. Nunc autem maiorem perfectionem exprimit hoc praedicatum intellectuale quam simpliciter esse. Ideo secundum hoc potest dici homo Deo magis similis quam lapis.

**191.** Ad propositum igitur applicando, dico quod primo modo nulla creatura est Deo similis cum ibi sit potius infinita similitudo; sed secundo modo verum est quod una creatura est Deo similior quam alia. Sed ex hoc non sequitur quod penes accessum ad primum sit attendenda talis perfectionalis differentia specierum.

**192.** Ad secundum cum dicitur de distantiis infinitis quarum una est maior alia, hic dico quod quamvis ab aliquibus concedatur unum infinitum altero infinito fore maius, quidquid sit de hoc non multum curo pro eo quod non est ad propositum, quia non est imaginandum quod Deus excedat aliud per aliquam perfectionalem distantiam quae non sit ipse; immo quodlibet quod excedit, per suam immensam perfectionalem distantiam excedit.<sup>2332</sup> Et ideo nulla creatura tollit aliquid de huiusmodi excessu, quoniam quaecumque creatura quantecum ponatur perfecta, aequalem habet excessum a summo gradu.

**193.** Et si DICATUR quod istae due creaturae distant a Deo, vel ergo aequaliter vel inaequaliter, sed non aequaliter, ergo inaequaliter, ergo una plus distat quam alia, hic DICO quod accipiendo proprie aequalitatem quae est quaedam similitudo duarum quantitatum, neutra pars esset proprie concedenda. Tamen sumendo large, concedi potest quod inaequaliter distant, non quod unum sit propinquius altero per quamdam imaginationem accessum, sed modo superius declarato de similitudine. Unde per similem modum quid dicitur Deo propinquius, similius et minus aequale.

2335                    <Argumenta contra secundam conclusionem>

---

2332 declarato de] mg. a. m. C

---

2298 Ad primum] Cf. supra n. 188. 2317 Ad secundum] Cf. supra n. 189.

**194.** Contra secundam conclusionem arguitur sic: et probo quod generaliter cuiuslibet speciei perfectio attendatur penes distantiam sui a non-gradu simpliciter cuiuslibet rei perfectio attenditur penes aliquid sibi intrinsecum; sed quaelibet species, sive finita sive infinita, est exterior alicui speciei certe datae; ergo ipsius perfectio non habet mensurari penes aliquid sibi extrinsecum, et per consequens cum habet penes aliquid mensurari, sequitur quod erit penes aliquid sibi intrinsecum. Hoc autem non potest cognosci nisi penes distantiam ipsius a non-gradu simpliciter; quare propositum. 2340

**195.** Praeterea, quanto aliquid plus excedit a non-esse simpliciter, tanto est imperfectius; ergo quanto plus recedit a tali non-esse est perfectius; et per consequens sicut rei imperfectio attenditur penes maiorem accessum ad non-esse simpliciter, ita rei perfectio videtur attendi penes maiorem recessum a non-esse simpliciter. Et prima consequentia patet per illam regulam 2345 2350 communem: si oppositum de opposito et propositum de proposito.

**<Contra haec argumenta>**

**196.** Ad istas rationes respondeo. Ad primam cum dicitur quod non penes extrinsecum sed intrinsecum est attendenda specierum perfectio, dico pro materia argumenti quod perfectionem specierum attendi penes *a* vel *b*, non quaerimus nisi ut habeamus notitiam rei. Nunc autem si vellem scire quantae longitudinis est unus pannus, numquam per se ipsum scirem quante esset nisi habendo respectum ad aliud per quod ipsum pannum possem mensurare, utputa ad ulnam per quam scio unum pannum exceedere alium. Et sic in rei veritate penes extrinsecum attenditur rei perfectio plusquam penes intrinsecum; nulla enim res dicitur proprie sui ipsius mensura; quare propositum. 2355 2360

**197.** Ad secundum cum dicitur quod quanto aliquid plus accedit ad non-esse simpliciter, tanto est imperfectius, hoc verum est. Et similiter quod quanto plus recedit a non-esse simpliciter, tanto perfectius est. Sed ex hoc non sequitur ergo penes hoc habet attendi perfectio rei. Et ratio est, quia ad esse rei in tanto gradu vel tanto sequitur ipsam rem sic distare; et ideo positio rei ordine perfectionis per prius quam sit ipsum tante vel tante a non-esse distare. Et ideo velle mensurare habitum per privationem non est ordo congruus et per se, licet per accidens possunt duo habitus penes ipsarum privationes oppositas mensurari. 2365 2370

C 162vb

---

**2336** Contra secundam] Cf. supra n. 179-183. **2351** si...proposito] Resp. ARIST., *Topica*, IV, c. 3 (AL V-1, 73; Δ, c. 3; 124a 9); *Auct. Arist.*, ed. J. HAMESSE, p. 326: Sicut propositum in proposito, sic oppositum in opposito. **2353** Ad primam] Cf. supra n. 194. **2363** Ad secundum] Cf. supra n. 195.

## &lt;Argumenta contra conclusionem tertiam&gt;

- 198.** Contra tertiam conclusionem arguo sic: si penes maiorem accessum ad talem supremam speciem attenderetur specierum perfectio, sequitur quod talis summae speciei perfectio non posset cognosci quante foret perfectionis. Quia quaero: per quid cognosceretur? Vel per distantiam sui a non-gradu simpliciter, vel per accessum ad Deum, vel penes se ipsam, vel penes quamlibet citra se.
- 2375 2380 Primum et secundum non possunt dari, quia sunt contra primam et secundam conclusiones. Nec tertium, quia per idem diceretur quod quaelibet res mensurat se ipsam. Nec quartum, cum omnes tales excedat. Ergo videtur quod insufficiens positio, cum non assignet penes quid attenditur huius speciei perfectio.
- 2385 2390 **199.** Praeterea, possibile est Deum quamlibet rem creatam aliam a lapide destruere, lapidem conservando. Ponatur ergo in esse. Tunc quaero: penes quid attenditur perfectio lapidis? Non penes talem speciem supremam possibilem, cum nulla talis sit. Ergo per sufficientem divisionem: vel penes accessum ad finitum vel recessum a non-gradu simpliciter, vel penes se ipsum. Ultimum non datur secundum istam positionem, ergo ... primum vel secundum, quorum si aliquod detur, contradicit conclusionibus praelibatis.

## &lt;Contra haec argumenta&gt;

- 200.** Ad ista respondeo. Ad primam rationem cum dicitur de mensura istius speciei supremae possibilis, dicitur quod proprie et per se non habet mensuram, cum ipsa sit mensura omnium aliorum, licet per accidens poset mensurari per distantiam sui a non-gradu simpliciter. Sed hoc non esset a priori, sed a posteriori, sicut appareat in mensuris artificialibus quod ulna non mensuratur nisi per accidens cum sit aliorum mensura. Ita est in proposito de tali specie quae est naturalis mensura aliorum citra se. Similiter motus primi mobilis est mensura omnium aliorum motuum qui tamen a nullo mensuratur nisi per accidens, videlicet per distantiam sui a non-gradu suae velocitatis. Et ita appareat in corporibus locantibus et locatis quod est aliquid finaliter quod sic est locans quod per se non est locatum nisi per accidens; quare propositum.

- 201.** Ad secundum cum ponitur casus quod nulla alia species existat nisi lapidis, admittatur. Et cum quaeritur: penes quid tunc sua perfectio attenditur? Dico quod licet non habeat mensuram actualem ipsum mensurans, tamen habet possibilem ad quam, si quis intellectus creatus aspiceret, statim sciret mensurare speciem conservatam. Verbi

C 163ra

---

**2374** Contra tertiam] Cf. supra n. 184-187. **2380** contra...381 conclusiones] Cf. supra n. 175-183. **2394** Ad primam] Cf. supra n. 198. **2407** Ad secundum] Cf. supra n. 199.

gratia, si nunc videam turrim centum cubitorum quae postmodum destruatur et fiat una alia quinquaginta, per praecedentem posset quis subsequenter turris altitudinem mensurare.

**202.** Et si DICATUR quomodo Deus cognoscit perfectionem huius rei, DICO quod ipsius cognitio non est per rerum imagines, sed per suam essentiam distinctissime sibi repraesentantem quamlibet condicionem rei ad extra. Et ideo non oportet quod ad talem mensuram aspiciat sicut nos. 2415

**<Duae instantiae contra fundamentum positionis>** 2420

**203.** Contra fundamentum positionis quod consistit in hoc quod est species suprema possibilis danda et finita, potest multipliciter argui. Tamen ad praesens facio duas brevas instantias. Signo, gratia exempli, talem speciem quae sit *a*. Tunc arguo sic: vel *a* distat a Deo finite vel infinite. Non est dicendum quod finite, ergo infinite. Et per consequens inter *a* et *b* est possibilis aliqua intermedia species. Aliter non posset imaginari *a* aliquantulum crescere quin fieret infinita, quod est falsum. 2425

**204.** Praeterea, signo aliquam speciem inferiorem *a* quae sit *b*. Tunc arguo sic: inter Deum et *a* est maior distantia quam inter *a* et *b*; sed inter *a* et *b* est possibilis intermedia species; ergo et inter Deum et *a*; et per consequens propositum. 2430

**<Responsio ad has instantias>**

**205.** Ad istas rationes respondeo. Ad primam cum dicitur quod Deus infinite excedit *a*, concedo. Et cum infertur ergo inter Deum et *a* est possibilis intermedia species, negatur consequentia. Sicut non sequitur linea infinite excedit punctum terminantem ipsam, ergo inter ipsam et talem punctum est aliquid intermedium. Et cum dicitur tunc quantecumque modicum cresceret, fieret infinita, dico quod ex quo talis est summa possibilis, impossibile est quod crescat; et ideo 2440 argumentum parum concludit. 2435

**206.** Ad secundum cum dicitur quod inter *a* et Deum est maior distantia quam inter *a* et *b*, concedo. Sed inter *b* et *a* possunt esse plures intermediae species, concedo; ergo inter Deum et *a*, nego consequentia. Et ratio est, quia maior distantia non facit quod inter duas species possint esse plures, sed processus ad potentiam. Nunc autem ex quo tota latitudo entitatis creabilis est finita, ideo et supremus possibilis ipsius gradus finitus est et est actu; ideo supra non 2445

---

2422 suprema] et add. sed del. C

---

2434 Ad primam] Cf. supra n. 203. 2442 Ad secundum] Cf. supra n. 204.

est ascensus. Sed versus non-gradum essendi est possibilis in infinitum processus, sicut appareat in continuo; quare propositum.

**207.** Radix positionis habetur a Doctore Subtili, III *Sententiarum* distinctione 13 in responsione ad primam quaestionem.

**<Exponitur opinio doctorum modernorum. Conclusio 1>**

**208.** Postremo brevissime declaro positionem quam communiter sequuntur moderni circa materiam saepe tactam. Pro cuius declaracione certas pono<sup>2452</sup> conclusiones. Quarum prima sit haec: in tota latitudine imaginaria entis creabilis, infinita genera et species possibiliter collocantur. Ista conclusio sic probatur: quaelibet latitudo infra imaginarie infinitas continet species et genera; sed latitudo imaginaria entis creabilis est huiusmodi; ergo propositum. Consequentia patet. Et minor ex hoc, quoniam quaelibet latitudo, cuius terminus exclusivus est infinitus, est infinita; sed talis est latitudo entis creabilis; ergo propositum. Et maior declaratur, nam signo aliquod genus quod sit *a*. Et quaero: aut supra *a* est possibile aliud genus, vel non? Si sic, eadem ratione quaeram de alio et si sic sit de illo, quaeram consequenter de alio, et erit processus in infinitum in generibus. Si necessario dicatur quod supra *a* non est possibile aliud genus, quaero unde oritur illa impossibilitas: aut ratione latitudinis entis creabilis, aut ratione generis? Non primo modo, quia illa est infinita. Nec secundo modo, quia non plus ratio generis sibi determinat certum numerum quam faciat ratio speciei. Sed ratio speciei secum infinitatem numeralem compatitur; ergo propositum. Et minor in sequentibus declarabitur.

C 163rb

**<Conclusio 2>**

**209.** Secunda conclusio: sub conceptu cuiuslibet generis sumpti communiter infinitae species specialissimae possibiliter continentur. Haec conclusio sic probatur: signo duas species specialissimas in aliquo genere, puta *a* et *b*. Et quaero: an *a* excedit *b*, vel non? Non est dicendum quod non, quia tunc aliquae duae species essent aequales, quod videtur communiter impossibile. Si ergo excedit: vel ergo divisibiliter, vel indivisibiliter. Non est dicendum quod indivisibiliter, quia tunc talis excessus esset infinitae remissionis, quod videtur absurdum. Si ergo divisibiliter, signetur ille excessus per *c*. Constat quod *c* est excessus specificus in infinitum divisibilis; ergo iuxta

---

2452 in] mg. C

---

2451 Doctore Subtili] Cf. IOANNIS DUNS SCOTI, *Ordinatio*, III, d. 13, q. 1 (ed. Vaticana ???).

ipsius divisionem sunt possibles infinitae intermediae quarum 2485  
quaelibet erit maior *b* et minor *a*; et ita habetur propositum.

<Conclusio 3>

**210.** Tertia conclusio est haec: sub conceptu cuiuslibet speciei specialissimae individuorum infinita pluralitas est possibilis absolute. Ista conclusio sic probatur: alicui speciei hoc competit, secundum philosophos, successive; ergo et Deum hoc facere respectu cuiuslibet speciei est possibile absolute. Consequentia patet ex hoc, quoniam si natura hoc innuit in aliqua sua specie, non videtur Dei omnipotentiae repugnare. Et antecedens appareat in speciebus quarum individua sunt generabilia et corruptibilia successive. Et si Deus mundum in tali statu 2490  
continue conservaret, esset ipsorum individuorum infinita productio 2495  
successiva, quae etiam posset si vellet contine conservare; quare propositum.

<Conclusio 4>

**211.** Quarta conclusio est haec: tota latitudo entis creabilis 2500  
imaginarie[<sup>C 163va</sup>] assignata, nullum continet remississimum gradum possibilem, nec aliquem habet intensissimum totius latitudinis inclusum. Quaelibet latitudo, cuius ad utrumque extremum est potentialis processus in infinitum, caret simpliciter omni termino intensissimo vel remississimo; sed talis est latitudo entis creabilis; 2505  
ergo propositum. Consequentia et maior patent. Sed minor probatur, nam dato aliquo ente, vel illud est infimum, vel non. Si non, vel sic procedam <in> infinitum et habebo propositum. Vel signetur aliquod infimum quod sit *a*. Tunc quaero: an *a* sit alicuius intensionis, vel infinitae remissionis? Secundum non potest dari, quia tunc nihil esset. 2510  
Si detur primum, sequitur quod *a* est intensive divisibile et per consequens ipsius ad suam medietatem est dupla proportio; et ita *a* non est remississimum possibile; quod est propositum.

**212.** Similiter signetur *b* versus extremum intensius talis latitudinis et quaero: vel *b* est summum, vel est in infinitum processus, 2515  
vel standum in aliquo? Et quodcumque sit illud, sit *b*. Tunc sic: *b* est terminus inclusivus infinitae latitudinis, ergo *b* est gradus infinitus; et per consequens talis gradus esset infinita iustitia et per consequens esset impeccabilis per naturam, quod est falsum, cum solus Deus sit talis; quare propositum. Et ita apparent quod talis latitudinis nullo modo 2520  
dandus est supremus terminus ... quin sit infinitus, nec etiam quin sit finitus, quia tunc Deus finite solummodo a non-esse distaret simpliciter, quod non videtur verum; quare conclusio vera.

---

2517 infinitus] quare propositum et ita apparent quod talis latitudinis *add. sed del. signis*  
va-cat C

## &lt;Conclusio 5&gt;

2525     **213.** Quinta conclusio est haec: collocatio generum in latitudine imaginaria entis non est arbitranda per modum continui vel discreti sed potius per modum triangulorum egredientium a centro alicuius corporis sphaerici in infinitum procedentium versus imaginariam circumferentiam datae sphaerae. Ista conclusio sic intelligitur quod  
 2530 non est imaginandum quod genera intelligantur in latitudine entis per modum numeri ascendentis sic quod unum immediate excedat aliud procedendo in infinitum. Nec etiam per modum continui sic quod sit uniformis ascensus sed divisibilis excessus. Et ratio est quod non possunt sic imaginari, secundum opinionem communem, quia  
 2535 quacumque caritate data, contingit dare intensiorem procedendo in infinitum, quod non esset verum si genus substantiae et genus accidentis haberent ascendere sicut per modum numerorum vel continui versus Deum continue ascendentis. Et ergo imaginor aliquod corpus sphaericum cuius centrum sit per imaginationem non-gradus  
 2540 essendi, et infiniti trianguli a tali centro exeentes versus circumferentiam sint genera talis latitudinis entis creabilis. Tunc ita est quod in talibus generibus est versus extremum quodlibet processus in infinitum. Imaginor autem triangulos et non lineas, quia species in generibus divisibiliter se excedunt. Ista conclusio sic intellecta  
 2545 probatur: quaecumque habent processum in infinitum versus non-gradum et summum gradum, non possunt per modum numeri vel continui imaginari, sed potius per modum triangulorum vel linearum egredientium a centro alicuius corporis sphaerifici in infinitum procedentium versus imaginariam circumferentiam datae sphaerae.  
 2550 Sed nunc est ita secundum opinionem communem in generibus; ergo propositum. Consequentia patet et maior per declarationem. Et minor apparent, nam quocumque animali signato, Deus potest producere perfectius in infinitum procedendo, et similiter minus perfectum potest producere; quare propositum.  
 2555     **214.** Ex ista conclusione infero duas propositiones correlarias. Quarum prima est haec: omnia genera incipiunt a non-gradu simpliciter et terminantur ad gradum deitatis supersimplicem exclusive. Patet per conclusionem secundam: in nullo genere signabili vel signato est danda infima possibilis species vel suprema; patet  
 2560 similiter per eandem conclusionem.

C 163vb

## &lt;Conclusio 6&gt;

2565     **215.** Sexta conclusio est haec: collocatio specierum in latitudine generis imaginaria non est per modum discreti, sed potius per modum continui iudicanda. Ista conclusio sic probatur: quibuscumque duobus in aliquo ordine se habentibus et se invicem divisibiliter excedentibus

assignatis per ipsa constituitur continuum et non discretum; sed ita est de speciebus respectu generum; ergo propositum. Consequentia patet. Et maior ex hoc, quoniam in numeris binarius non videtur excedere unitatem nisi per unitatem(?), et ternarius binarium ... ... ... cadit divisibile medium, et per consequens quod per modum excessus 2570 divisibilis intelligitur, necesse est per modum continui intelligi. Et minor appareat, nam signatis duabus speciebus, inter ipsas cadit medium, prout deductum est in probatione secundae conclusionis; quare propositum.

**216.** Ex ista conclusione infero duas propositiones correlarias. 2575 Quarum prima est haec: inter quascumque species in aliquo genere collocatas, infinitae sunt intermediae produci possibles successivae. Secunda est haec: cuiuslibet generis imaginaria latitudo per modum latitudinis uniformiter difformis est intellectualiter cogitanda; aptet ex conclusione cum sua probatione.

**217.** Ex quo ulterius sequitur quod latitudo huiusmodi 2580 imaginanda est per modum trianguli orthogonii duarum linearum aequalium constituentium angulum rectum. Patet ex imaginatione latitudine uniformiter difformis.

### <Conclusio 7>

2585

**218.** Septima conclusio est: collocatio individuorum in suis C 164ra speciebus est varia in quibusdam se habens per modum continui, in quibusdam vero per modum discreti. Ista conclusio sic probatur: nam aliquae sunt species quarum individua se mutuo perfectionaliter excedunt; ergo propositum. Consequentia patet. Et assumptum appetit de albedine intensiori et remissiori et caliditate intensiori et remissiori et generaliter de quibuscumque speciebus tertiae speciei qualitatis. Similiter appetit in formis substantialibus, utpote in animabus intellectivis, ut patet per articulum dicentem animam Christi meliorem in naturalibus extitis ceteris animabus.

2590

2595

**219.** Secunda vero pars appetit in multis aliis speciebus quae consistunt in indivisibili, et hoc si eius divisio intelligatur per lineam rectam ut appetit in omnibus angulis rectis et angulis contingentiae qui sunt simpliciter aequales. Nullus enim angulus rectus altero maior

**2586** collocatio] collatio *sed corr. sup. lin. a. m. C*   **2587** varia] varius C   **2592** speciei] specie C   **2598** omnibus] *mg. C*

**2573** secundae conclusionis] Cf. supra n. 209.   **2594** per articulum] Cf. R. HISSETTE, *Enquête sur les 219 Articles Condamnés à Paris le 7 Mars 1277*, art. 147 (Louvain-Paris 1277, p. 227); D. PICHE-C. LAFLEUR, *La Condamnation Parisienne de 1277*, art. 124 (Paris, Vrin 1999, p. 116): Error, quia sic anima Christi non esset nobilior anima Iudei.

2600 est vel minor, nec similiter angulus contingentiae est altero angulo contingentiae maior vel minor; quare propositum.

**<Conclusio 8>**

2605      **220.** Octava conclusio est haec: penes distantiam a non-gradu simpliciter, vel accessum ad summum, nullatenus attenditur perfectionalis differentia specierum. Ista conclusio, iudicio meo sufficienter fuit probata in praecedenti lectione, quae sic tamen breviter declaratur. Nihil positum mensuratur penes suam negationem, cum negatio habet mensurari penes latitudinem affirmationis; sed non-gradus simpliciter est pura negatio; ergo 2610 propositum. Similiter per id quod aequaliter excedit duo certa data, non potest mensurari inaequalitas eorumdem. Cum igitur Deus sit infinite quilibet creatas species excedens, sequitur quod penes ipsum non cognoscitur differentia specierum; quare propositum.

**<Conclusio 9>**

2615      **221.** Nona conclusio est haec: ... . . . . . vel signatam omnes species citra ipsam in latitudine entis imaginaria perfectionaliter mensuratur. Ista conclusio sic probatur: signata quacumque specie, infinitae sunt possibles ipsa perfectiores; ergo talis non est mensura perfectionalis omnium aliarum specierum. Consequentia patet, quia 2620 semper mensura ut sic perfectior est suo mensurato. Et antecedens appareat per quartam conclusionem. Ut sic possit ratio confirmari: ubicumque est processus in infinitum, ibi nulla reperitur perfectionalis mensura omnium existentium in tali processu; sed in latitudine entium est processus in infinitum in speciebus, ut iam deductum est et hoc de 2625 possibili; ergo propositum.

**<Conclusio 10>**

2625      **222.** Decima conclusio et finalis est ista: quaelibet species in latitudine entis per aliquam perfectionem se perfectionaliter mensuratur. Ut verbi gratia, signata specie humana, ipsa mensuratur per angelicam et angelica per aliquam perfectiorem se et hoc loquendo de possibile, quia iam de facto non ponitur talis processus in infinitum, licet sit possibilis. Ista conclusio sic probatur: perfectio specierum possibilium per talem processum haberet penes aliquid mensurari. Vel ergo penes aliquam speciem supremam possibilem, et

C 164rb

---

**2600** contingentiae] altero *add. sed del.* C    **2601** maior] si eius divisio intelligatur per lineam rectam *add. sed del. signis va-cat C*

---

**2606** fuit probata] Cf. supra n. 180.   **2621** per quartam] Cf. supra n. 211-212.

hoc non, ut vult quartae conclusionis probatio; vel penes distantiam a  
non-gradu simpliciter et accessum ad summum, et hoc non ut vult  
octava conclusio; vel penes unam certam per quam omnes aliae  
mensuratur, et hoc non ut vult nona conclusio. Ergo per sufficientem  
divisionem oportet quod hoc fiat per modum iam expressum.

## &lt;Dubium aliquod&gt;

2640

**223.** Sed oritur dubium: penes quid nunc actualiter attenditur  
perfectio specierum? Hic dico quod penes nullam unam. Et ratio est,  
quia diversa genera habent suas species actualiter supremas. Dico ergo  
quod in unoquoque genere est una species suprema penes quam omnes  
aliae species in illo genere habent perfectionaliter mensurari. Verbi  
gratia, in genere animalium esset humana species talis perfectionalis  
mensura; in genere coloris est albedo; in genere saporis est dulcedo. Et  
sic generaliter in unoquoque genere supremum est perfectionalis  
mensura aliorum in illo genere contentorum. Et haec est expresse  
intentio Philosophi, XII *Metaphysicae*, dicentis quod in unoquoque  
genere est devenire ad unum quod estmetrum etmensura omnium  
aliorum in illo genere.

**224.** Et si DICATUR quod secundum hoc infinitae sunt res quibus  
nulla correspondet mensura, DICO quod hoc non sequitur, quia licet  
infinita genera sint possibilia, non tamen sunt actu nisi finita tantum,  
et ideo bene concluderet ratio quod multa sunt etiam quibus nulla  
correspondet mensura proprie. Et loquor hic de mensura proprie prout  
est aliquorum in eodem genere, licet large sumendo quis posset  
supremum unius generis per summum alterius generis mensurare. Et  
sic nullum videretur inconveniens unam esse mensuram omnium  
aliorum. Unde qui vellet adhuc posset rationabiliter dicere quod  
quaelibet entitas perfectior est mensura quarumlibet entitatum citra se,  
quia forsitan maior est excessus hominis ad asinum quam sit angeli ad  
hominem; et ideo sicut angelus potest esse mensura respectu hominis,  
ita homo respectu asini.

**225.** Nec valet si dicatur quod requiritur primitas in mensura,  
quia sic Deus esset huiusmodi creaturarum perfectionalis mensura,  
quod falsum est loquendo de mensura per quam potest sciri  
inaequalitas specierum. Et ideo appetit quod in tali mensura duo

**2658** licet] *mg. a. m. C*

**2635** quartae conclusionis] Cf. supra n. 211-212.      **2637** octava conclusio] Cf. supra n.  
220.    **2638** nona conclusio] Cf. supra n. 221.    **2650** Philosophi] Cf. supra n. 186.

2670 potissime requiruntur, videlicet perfectio superaddens perfectioni ad quam comparatur, et ipsarum rerum comparatarum ad invicem habitudo quae est proportio commensurativa cuiusmodi reperitur generaliter in superiori specie respectu superioris. Et sic apparent qualiter attenditur perfectionalis differentia specierum.

2675 **226.** Imaginatio ergo positionis in hoc consistit quod tota intellectivae potentiae ratio obiectiva apprehenditur per modum cuiusdam corporis specifici cuius centrum est non-gradus essendi simpliciter et circumferentiali imaginarie infinita est ipse Deus a cuius centro egrediuntur genera per modum triangulorum in infinitum procedentium versus circumferentiam imaginarie infinitam, in quibus generibus intelliguntur species se invicem excedere per modum latitudinis uniformiter difformis, in quibus speciebus locantur individua quandoque per modum continui, quandoque per modum discreti.

C 164va

2680 **227.** Et ex hoc apparent quod volendo omnes species intellectualiter comensurare non videtur aliqua una mensura, cum in generibus sit processus in infinitum a quolibet genere dato versus extremum intensius procedendo; et haec est propositi declaratio.

**<Argumenta contra conclusionem quintam>**

2690 **228.** Sed contra quintam conclusionem, quae videtur fundamentum istius positionis, arguitur sic: quia si omnia genera se haberent per istum modum, sic videlicet quod omnia incipiunt ab eodem non-gradu simpliciter, et terminarentur exclusive ad Deum, sequitur quod omnia genera sunt aequalis perfectionis; consequens est falsum, ergo et antecedens. Cuius falsitas apparent, quia tunc substantia et accidens essent eiusdem perfectionis, quod non solum est contra theologos, sed etiam contra philosophos dicentes substantiam tempore et perfectione excedere quodlibet accidens. Sed consequentia probatur, quoniam omnes distantiae duae sunt aequales quarum termini sunt penitus idem, ut appareat in continuis et discretis. Si ergo omnium generum latitudines incipiunt ab eodem non-gradu simpliciter et terminantur ad eundem gradum, sequitur quod sunt aequales; quod est propositum.

2695 **229.** Praeterea, data ista imaginatione, quaero: quae genera sunt quae incipiunt sic a non-gradu simpliciter et pretenduntur in infinitum, vel sunt generalissima, vel subalterna? Non primo modo, quia illa non sunt nisi decem quae, secundum aliquos, realiter non sunt nisi duo. Si

---

**2690** contra quintam] Cf. supra n. 213-214. **2707** secundum aliquos] Verbi gratia, GUIL. OCKHAM, *Quodl. V*, q. 22: Utrum sint decem praedicamenta, ed. J. WEY (OPh IX, p. 564-569).

vero subalterna, tunc cum illa sunt in eadem coordinatione cum generalissimis, sequitur quod non incipiunt ab eodem non-gradu cum eis, ut verbi gratia de substantia et animali quae sunt genera essentialiter ordinata. Constat namque quod maiorem latitudinem includit genus substantiae quam genus animalis, quia non quaecumque sunt substantiae sunt animalia, et e contra sic: quare propositum.

**230.** Praeterea, data ista imaginatione, sequitur quod non quaelibet species superior continet inferiorem perfectionaliter. Consequens videtur contra communem modum imaginandi. Et consequentia apparet, quoniam capta aliqua specie in genere animalis, et alia in genere corporis illae non sunt essentialiter ordinatae, cum ratio generis unius extra totam latitudinem alterius sit locata, et per consequens non se habent secundum sub et supra. Quare videtur quod ista positio tollat a speciebus ab invicem ordinem essentiale, quod est contra Philosophum qui ipsas imaginatur per modum numeri; quare propositum.<sup>C 164vb</sup>

**<Responsio auctoris ad haec argumenta>**

**231.** Ad istas rationes respondeo. Ad primam cum dicitur quod tunc data ista positione sequitur quod omnia genera essent aequalia per hoc quod incipiunt ab eodem non-gradu et terminantur ad eundem, hic dico pro materia argumenti quod istud non sequitur. Cuius ratio est, nam si per imaginationem aliquod corpus in infinitum protenderetur quod esset album, constat etiam quod sua albedo in infinitum protenderetur. Et tamen per hoc non habetur quod albedo esset aequalis perfectionis cum corpore sic protenso. Sic in proposito, quamvis latitudines talium generum sic in infinitum aequaliter protendantur, non tamen propter hoc sequitur sint aequalis perfectionis, quia talia genera sunt alterius rationis. Et ideo quod sint tante vel tante perfecta, hoc non habent per hoc quod incipiunt ab eodem non-gradu, sed per hoc quod sunt talis naturae, sicut apparet in exemplo dato de subiecto et albedine in infinitum protensis quorum subiectum perfectius est, non quia sic distant, sed quia sunt talis naturae quod se invicem perfectionaliter excedunt; quare propositum.

**232.** Ad secundum cum quaeritur quae sunt illa genera quae incipiunt ab isto non-gradu et terminantur exclusive ad Deum, hic dico pro materia rationis quod genera triplici consideratione possumus perscrutari, videlicet physica, logica, et metaphysica. Metaphysica consideratione sequestramus quamlibet rationem generis a suis speciebus. Logica vero consideratione multa facimus genera

---

2723 propositum] ad add. sed del. C

---

2725 Ad primam] Cf. supra n. 228. 2741 Ad secundum] Cf. supra n. 229.

- 2750 multiplicando conceptus, quia sicut supra individua per conceptum formamus specificum et supra species genus subalternum, et supra genera subalterna multiplicamus alia genera generalissima, ita imaginamur logice quamdam cordinationem generum per quandam lineam ascendentem. Sed consideratione physica tantummodo perscrutamur genus prout sic se habet immediate ad species specialissimas, sicut ipsae species se habent ad individua, et sic genera tantummodo sunt specierum et non generum.
- 2755 **233.** Ad propositum igitur applicando, dico quod proprie et realiter, secundum physicum, genera continentia diversorum generum species non sunt realiter unum genus sed plura. Et ideo apud physicum genera generalissima vel subalterna quae continentur plura genera, non dicunt incipere ab eodem non-gradu, quia non imaginantur ut 2760 perfecciones reales, sed potius ut conceptus. Et sic apparet quae sunt illa genera quae incipiunt ab eodem non-gradu. Et secundum istum processum numquam invenietis quod unum genus habeat maiorem latitudinem quam aliud, quoniam sicut in uno sunt infinitae species possibles, ita et in alio; quare propositum.
- 2765 **234.** Ad tertium cum dicitur quod data ista imaginatione, sequitur quod species superior non continet inferiorem per hoc quod inter ipsas non videtur ordo essentialis, hic dico pro materia argumenti quod[<sup>1</sup>] ordo essentialis inter species diversorum generum non attenditur penes huiusmodi lineam imaginariam, sed potius penes perfecciones 2770 eis intrinsecas quae a naturarum competit tantum de perfectione et alteri magis. Sicut verbi gratia in exemplo opinionis primae, prima denominatio perfectionis simpliciter incipit a non-gradu simpliciter et terminatur ad Deum exclusive. Sed secunda incipit ab aliquo puncto citra, tunc signata prima denominatione ab illo punto a quo incipit 2775 secunda denominatio versus Deum, illae denominations aequaliter proceduntur et tamen denominatio vitae perfectior est ratione entis simpliciter. Unde ergo oritur ista perfectionalis differentia nisi quia ex natura rei ratio vitae est perfectior alia ratione; et sic in proposito. Unde si per imaginationem a centro corporis sphaericci imaginati 2780 exirent per modum continui una musca et unus gradus albedinis, quilibet illorum graduum in infinitum acquirerent suam latitudinem, et tamen numquam per huiusmodi intensionem unus ingrederetur latitudinem alterius. Et sic apparet quod stat perfectionalis excessus inter aliqua absque tali ordinatione per modum linealem.
- 2785 **235.** Ex praedictis igitur recolligendo apparet quod perfecciones specierum possumus tripliciter imaginari: uno modo per modum latitudinis uniformiter difformis sic quod tota latitudo entis creabilis

C 165ra

---

**2765** Ad tertium] Cf. supra n. 230.

sit uniformiter diffiformis. Alio modo per modum cuiusdam lineae rectae habentis lineas transumpsales sic quod quilibet ... . . . . lineae se habeat per modum speciei et lineae transumpsales sint individua illius speciei per quam linea transsumpsalis transit. Tertio modo potest imaginari, sicut iam dixi, ut aliter imaginantur collocationes generum, aliter specierum et aliter individuorum.

**236.** Prima opinio bifurcatur eo quod latitudo uniformiter diffiformis potest imaginari ab aliquo gradu infimo versus nullum supremum fieri(?), vel e converso ab aliquo gradu supremo versus nullum infimum. Prima opinio esset magistri Joannis de Ripa, et secunda esset modus imaginandi antiquorum doctorum. Et quaelibet istarum poneret quamlibet speciem includere latitudinem, et sic in qualibet specie essent individua differentia secundum magis et minus in participatione specificie perfectionis, quod multis durum videtur.

**237.** Secunda opinio his duabus opposita nullam imaginatur in speciebus latitudinem, sed quamlibet imaginatur ut perfectionem indivisibilem suis individuis aequaliter correspondentem. Et ista opinio, licet posset probabiliter secundum physicam sustineri, tamen periculosa est theologice propter articulum Parisiensem qui dicit animam christi perfectiorem in naturalibus ceteris animabus.

**238.** Sed tertia opinio tenet medium quod aliquae sunt species quae habent<sup>c 165rb</sup> latitudinem, ut patet de qualitatibus et anima christi respectu aliarum animarum. Aliae vero quae nullam habent, ut forsan diceretur de specie asini et de speciebus mathematicis angulorum, et ista salvat vias et conceptus communis scholae; et est ad intelligendum facilior per modum quem ipsam declaravi et electionem vestro iudicio derelinquo.

**<Responsio finalis ad quaestionem>**

2815

**239.** Declarato primo ad quaestionem praeambulo, restat declaratorie descendere ad quaesitum, videlicet si Dei omnipotentia possit ad extra effectum producere infinitum. Circa quam quaestionem tribus modis solet a doctoribus opinari. Primus modus est quod Deus ad extra potest producere effectum simpliciter infinitum. Secundus modus est quod maximus effectus ad extra possibilis est tantum limitatus. Tertius modus est quod nullus est ad extra maximus effectus possibilis finitus vel infinitus, sed quocumque signato supra eum Deus potest in infinitum perfectiorem in esse producere. Primum modum tenet magister Ioannes de Ripa; secundum vero Doctor Subtilis et dominus Petrus Aureoli; et tertium sequitur communis aestimatio modernorum.

---

2806 articulum Parisiensem] Cf. supra n. 218.

240. Ut igitur fructus aliquis habeatur, primum modum per certas conclusionis exprimam et rationibus confirmabo, et  
 2830 consequenter contra ipsum obiciam per vias oppositum opinantium, quas iuxta praetactae opinionis regulas solvam; et demum rationes pro conclusionibus opinionis adductas solvam ... ... ... volentium oppositum sustinere. Et sic dabitur via ... ... ... poterit probabiliter sustineri.

2835

## &lt;Conclusio 1&gt;

241. Pro primi igitur declaratione certas pono conclusiones. Quarum prima sit ista: quaecumque specie finita in latitudine entis creabilis signabili vel signata, possibilis est in qualicunque proportione species perfectior intrinsece limitata. Ista conclusio sic  
 2840 probatur: si conclusio non sit vera, signo gratia exempli, aliquam speciem finitam qua non sit possibilis aliqua perfectior et finita quae sit *a*. Et quaero: an inter Deum et *a* sit aliqua species possibilis et finita, vel non? Si sic, habetur propositum. Si non, aut igitur hoc est propter hoc quod *a* species est suprema possibilis, aut propter hoc  
 2845 quod Deus non potest, quantum est ex parte sua, perfectiorem in esse producere. Primum non potest dari, quia tunc Dei omnipotentia ad extra potest terminari ad aliquod finitum quod est maximum in quod potest, quod non videtur verum, quia tunc Dei activitas esset finita. Nec secundum potest dari, quia tunc Dei omnipotentia esset intrinsece  
 2850 limitata. Ergo sequitur quod quacumque tali signata quae est finita, Deus potest perfectiorem in esse producere.

242. Et confirmatur, nam si talis esset maxima et finita quam Deus posset in esse producere, quantecumque modicum imaginarie cresceret, fieret infinita, quod mens non capiat, cum inter finitum et infinitum sit perfectionalis distantia infinita. Et per consequens si per infinitum tempus cresceret, adhuc non pertingeret ad perfectionem aliquam infinitam intensive; quare propositum.

C 165va

243. Praeterea, latitudo effectus non praesupponentis materiale principium est tanta in esse effectus quanta est latitudo correspondens suo principio productivo; sed tota latitudo entis creabilis supra id ad quod se non extendit agentia naturalia, non praesupponit materiale principium; ergo ipsa est tanta in esse effectus quanta est latitudo causae in esse principii producti. Consequentia patet et minor est communiter nota theologo. Et maior declaratur, quoniam omnia  
 2860 2865 relativia ad mutuam convertentiam sunt aequalis latitudinis. Cum igitur causa et effectus sint huiusmodi relativa, sequitur propositum.

244. Et tunc ultra: cum igitur Dei activitas sit infinita, sequitur quod ad nihil finitum potest effective causaliter terminari, et per consequens cum effectus non praesupponens materiale principium non  
 2870 sit nisi in potentia sui principii productivi totaliter, sequitur quod si

causa effectiva est infinita quod nullus erit effectus finitus adaequans potentiam principii productivi causaliter infiniti; quare propositum.

**245.** Et confirmatur ratio, nam effectus adaequans aliquam potentiam est tante perfectus in esse effectus sicut causa in esse causae. Si ergo esset aliquis effectus finitus adaequans omnipotentiam Dei, sequitur quod Dei omnipotentia esset finita, quod videtur falsum; quare propositum. 2875

**246.** Praeterea, quodlibet finitum finite distat a non-gradu essendi simpliciter; si ergo suprema possibilis species sit finita et per consequens Deo immediata, sequitur quod Deus ... tantum distat a non-esse simpliciter; consequens est falsum, ergo et antecedens, et non maior ergo minor; quare propositum. Sed consequentia probatur, nam si *a* distat a non-esse simpliciter finite tantum, et *b* est immediatum *a*, sequitur quod *b* similiter finite tantum distat a non-esse simpliciter. Aliter aliqua duo essent immediata inter quae 2885 esset perfectionalis distantia infinita, quod mens non capit. 2880

**247.** Et confirmatur ratio, nam sicut imaginamur localem distantiam duorum corporum, ita similiter et perfectionalem duorum entium. Nunc autem signato corpore a centro terrae per duo millaria distante, non est imaginabile corpus sibi immediatum a centro terrae 2890 per infinitam distantiam distare. Aliter diceretur leviter quod aqua distat a terra per milliare et aer vel ignis in infinitum, quod videtur absurdum dicere; quare propositum.

### <Conclusio 2>

**248.** Secunda conclusio est haec: cuilibet denominationi 2895 perfectionis simpliciter creaturae communicaabilis potest correspondere gradus supremus possibilis inclusivus. Ista conclusio sic probatur, pro cuius probatione suppono duas propositiones. Quarum prima sit ista: data aliqua latitudine intensiva, talis est tam intensa praecise sicut est terminus supremus qui exclusive| latitudinem huiusmodi terminaret. Ista propositio est communiter ab omnibus concessa. Secunda propositio est ista: quilibet gradus essendi citra immensem gradum est ab immenso gradu derivabilis effective; ista similiter patet. 2900

**249.** Quibus propositionibus suppositis arguo sic: sit gratia exempli *a* latitudo essendi terminata exclusive ad Deum; sit *b* gradus qui, si esset, terminaret totam latitudinem *a* inclusive; et sit *c* gradus immensus deitatis. Tunc arguo sic: *a* et *b* sunt aequalia intensive per primam propositionem; sed *c* immense excedit *a*; ergo *c* immense excedit *b*. Consequentia patet. Et minor ex hoc, quoniam Deus excedit totam latitudinem entis creabilis exclusive terminatam ad ipsum. Aliter esset aequalis alicui ad extra imaginabili, quod dicere non est 2905 2910

theologis placitum nec consonum veritati; sed constat quod non excedit finite et mense; ergo sequitur quod excedit immense.

2915     **250.** Et tunc ultra: quilibet gradus citra immensum est derivabilis a *c*; sed *b* gradus est citra immensum; ergo est derivabilis a *c*. Maior patet per suppositionem secundam et minor appetet per praecedentia; quare propositum. Et qua ratione arguitur de una ratione essentiali, eadem ratione potest de omnibus argui; quare propositum.

2920     **251.** Praeterea, si *b* gradus non posset esse, hoc maxime videretur quia *b* gradus si poneretur esset aequalis Deo; sed hoc non ... ; ergo propositum. Consequentia patet. Probatur minor, quoniam posito *b* gradu, adhuc ipse esset mensurabilis penes latitudinem per quam distat a non-gradu essendi simpliciter; sed si gradus non est mensurabilis per aliquam latitudinem cum immense quamlibet talem excedit; ergo adhuc posito *b*, ipsum immense excederet a *c*, et per consequens nulla videtur contradictrio quare *c* non possit producere *b*, maxime cum *b* sit intelligibile conceptu simplici, et ita sibi non repugnat esse; quare propositum.

2930

**<Conclusio 3>**

2935     **252.** Tertia conclusio est haec: possibile est totam latitudinem entis creabilis exclusive ad Deum terminatam in aliquam ad extra producibilem speciem concurrere unitive. Verbi gratia pro intellectu conclusionis, signata tali specie per imaginationem quae sit *b*. Tunc *b* gradus continet aliquem certum gradum et subduplum ad illum et subtripulum et sic in infinitum, qui omnes concurrunt secundum unitatem realem in *b* speciem. Ista conclusio sic intellecta probatur: quilibet gradus penes aliquam latitudinem mensuratus continet formaliter in sua essentia totam huiusmodi latitudinem; sed *b* species 2940 est gradus penes totam latitudinem entis creabilis mensuratus; ergo *b* species continet totam latitudinem entis creabilis exclusive ad Deum terminatam. Consequentia patet. Et minor ex hoc, quoniam *b* species mensuratur penes distantiam a non-gradu simpliciter et per consequens penes aliquam latitudinem; sed non videtur alia quam tota|  
2945 latitudo entis creabilis cuius *b* est terminus inclusivus; quare propositum. Et maior appetet, quoniam omnis gradus tantum continet quartam distat a non-gradu simpliciter; sed si aliquis gradus distat a non-esse simpliciter per aliquam latitudinem, ab eodem distat; ergo quantum de latitudine continet, tantum a non-esse simpliciter distat.  
2950 Sed penes distantiam a non-esse simpliciter mensuratur; ergo et penes latitudinem quam continet est mensurabilis talis gradus; et per consequentes propositum.

2955     **253.** Et ex ista conclusione sequitur correlarie quod possibile est in *b* speciem omnem denominationem perfectionis simpliciter quiditativam a Deo ad extra communicabilem in *b* speciem concurre

unitive. Et patet aliunde, nam nullae duae denominations perfectionis simpliciter sunt ad invicem repugnantes. Et per consequens nulla videtur contradictio quare non sint omnes tales alicui creaturae communicabiles cum sint compossibles; quare propositum.

## &lt;Conclusio 4&gt;

2960

**254.** Quarta conclusio est haec: *b* species in quam tota latitudo entis creabilis unitive concurrit aliquam replicationem unitatis divinae speciebus sibi inferioribus superaddit. Ista conclusio sic probatur: omnis species constituitur in esse per aliquam novam replicationem unitatis divinae; sed *b* species est huiusmodi; ergo propositum. Maior patet per ea quae superius dicta sunt. Et tunc ultra: cum igitur nullae duae species non communicantes sunt aequalis perfectionis, sequitur quod *b* species, cum sit suprema possibilis, quod supra quamlibet sibi inferiorem aliquam replicationem huiusmodi superaddit.

2965

**255.** Ex qua conclusione sequuntur duae propositiones correlariae. Quarum prima est haec: aliqua est denominatio perfectionis simpliciter creaturae communicabilis quae non potest communicari creaturae formaliter limitatae. Patet ex conclusione de illa per quam species *b* constituitur in esse. Secunda propositio est quod signata huiusmodi denominatione perfectionis simpliciter quam *b* superaddit sibi speciebus inferioribus, infinitam latitudinem infra suam essentiam includit. Patet, quia per illam quid redditur infinitum; quare propositum.

2970

2975

## &lt;Conclusio 5&gt;

2980

C 166rb

**256.** Quinta conclusio est haec: possibile est *b* speciei pluralitatem individuorum correspondere secundum numerum infinitam. Ista conclusio sic intelligitur quod data tali suprema specie, Deus in eadem posset infinita vel finita secundum numerum individua producere. Quae conclusio sic probatur: quaelibet ratio specifica est potentialis ad rationem individualem, et non magis ad unam quam ad aliam; ergo sequitur quod quaelibet talis ratio est potentialis ad pluralitatem sive infinitatem individuorum. Consequentia patet. Et maior ex hoc, quoniam semper individuum, ut alias dictum est, proprie speciei actum substantialem ulteriore superaddit; ergo adhuc data specie *b* supra ipsam aliquam perfectionem ulteriore individuum proprium superaddit. Et minor declaratur, nam si *b* species determinatur ad unum individuum vel ad finita tantum, aut hoc est propter limitationem talis speciei, aut propter ordinem essentiale qui requiritur inter individua. Primum non potest dari, cum talis ratio sit illimitata. Nec secundum, quia inter rationes individuales non est huiusmodi ordo essentialis, cum omnes perfectiones a quibus rationes

2985

2990

2995

individuales sumuntur, incipient ab eodem non-gradu; quare propositum.

**257.** Ex qua conclusione sequuntur duae propositiones  
 3000 correlarie. Quarum prima est haec: quodlibet individuum in *b* speciem infinitam latitudinem denominationis perfectionis simpliciter sibi propriam speciei propriae superaddit. Patet, quia tale individuum tam in esse specifico quam individuali est infinitum. Secundo propositio est: cuilibet individuo in *b* specie tanta praecise correspondet latitudo perfectionis individualis, quanta est suae perfectionis specificae latitudo. Ista patet ex immediate superiori, cum tale individuum secundum utramque rationem sit infinitum.

**<Conclusio 6>**

**258.** Sexta conclusio et finalis est ista: divina omnipotentia  
 3010 infinita potest ad extra producere quorum quodlibet potest existere perfectionaliter infinitum. Ista conclusio quodammodo sequitur ex praemissis, nam ex prima conclusione in nulla perfectione finita est status; et ex secunda, cuilibet denominationi perfectionis simpliciter potest correspondere supremus gradus exclusivus; et ex tertia  
 3015 quelibet talis perfectio potest concurrere unitive in unam speciem creatam; sequitur manifeste quod talis species erit infinita. Cum igitur per quintam conclusionem tali speciei possunt infinita individua correspondere; sequitur propositum.

**259.** Ex qua conclusione sequitur manifeste quod Deus potest  
 3020 multitudinem aliquam producere actualiter infinitam; similiter quod potest magnitudinem producere actualiter infinitam, et potissima ratio omnium istorum existit, quia hoc fieri nullam contradictionem videtur includere a priori; quare propositum.

**260.** Secunda via tenet pro conclusione certissima quod quamvis  
 3025 in huiusmodi perfectionibus sit possibilis processus in infinitum secundum perfectius per Dei omnipotentiam, nullus tamen gradus finitus vel infinitus potest esse terminus inclusivus totius latitudinis entis creabilis contentivus.

**261.** Et pro confirmatione istius conclusionis et destructione  
 3030 praecedentis arguo aliquibus mediis. Et primo sic: si aliqua esset suprema possibilis species citra primam, cum in speciebus finitis nulla sit danda suprema possibilis, sequitur quod talis esset infinita simpliciter. Consequens est falsum, ergo et antecedens. Consequentia patet. Sed consequentis falsitas sic probatur, quoniam data tali specie,  
 3035 omnis denominatio perfectionis simpliciter sibi corresponderet. Cum igitur iustitia sit denominatio perfectionis simpliciter, sequitur quod

---

3020 similiter...021 infinitam] *in imo fol. C*

tali speciei talis denominatio corresponderet; et non per modum accidentis, quia sic posset non esse. Et ita intrinsece non esset species infinita. Ergo per modum substantiae sibi competit, et non finite et limitate ergo infinite. Et ita per consequens esset infinita iustitia et rectitudo et per consequens impeccabilis per naturam, quod non videtur verum, cum soli Deo hoc sit proprium secundum sanctos doctores; quare propositum.

**262.** Praeterea, dato quod Deus produceret huiusmodi speciem infinitam, sequitur quod maior est perfectio divinae essentiae quam sit suae omnipotentiae. Consequens est falsum, quia quaelibet denominatio perfectionis simpliciter Deo correspondens est alteri aequalis, cum quaelibet formaliter sit immensa. Et consequentia probatur, nam data tali specie vel divina essentia excedit talem speciem, vel non. Si non, tunc esset Deo aequalis, et sic esset alter Deus quod non videtur possibile. Si vero dicatur quod sic, tunc vel infinite excedit ipsam, vel solum finite. Secundum non potest dari, quia tunc talis species esset per aliquam certam proportionem proportionalis primo simpliciter, quod similiter ab omnibus negatur. Si ergo detur primum quod infinite excedit talem speciem, et sua omnipotentia seu activitas non excedit, aliter posset aliquid perfectius in esse producere, et per consequens illud non esset supremum possibile, sequitur quod Dei essentia excedit propriam activitatem, quod est falsum; et per consequens Deum ad extra producere infinitum est impossibile.

**263.** Praeterea, data huiusmodi specie, sequitur quod adaequaret actum divini amoris et similiter sua cognitionis. Consequens est manifeste falsum, quia tunc Deus esset tali speciei aequalis. Sed consequentia probatur, nam ex quo unumquodque sicut se habet ad entitatem, sic se habet conformiter ad intelligibilitatem et diligibilitatem. Si tale ponitur infinitum ens, sequitur quod est infinite diligibile et intelligibile, et per consequens Deus infinito actu dilectionis fertur formaliter supra talem speciem et similiter infinito actu cognitionis et hoc infinite, non prout respicit tantummodo diligentem, sed prout ratio dilectionis videtur consurgere ex parte dilecti. Et ita apparet quod non maiorem diligibilitatem haberet Deus quam talis species. Et per consequens ita esset fruendum tali specie sicut ipso Deo, quod videtur falsum. Et confirmatur ratio, quia tale obiectum potest satiare plenarie totam capacitatem volitive creatae; quare propositum.

**264.** Et propterea tenentes conclusionem istarum rationum possunt taliter respondere ad rationes duas adductas pro confirmatione secundae conclusionis primae opinionis. Quarum prima erat quod

supposito primo quod data aliqua latitudine intensiva, eius supremus  
 3080 gradus inclusivus esset aequalis praecise tali latitudini.

**265.** Secunda, quod Deus potest quemlibet gradum citra se in  
 esse derivare. Et ex his arguitur sic: sit gratia exempli *a* talis latitudo  
 totius entis creabilis, *b* talis gradus qui si esset, esset aequalis *a*  
 3085 latitudini, et *c* summus gradus essendi simpliciter. Tunc *a* et *b* sunt  
*aequalia*, et *c* excedit *a*, ergo et *b*, et per consequens *c* potest producere  
*b*.

**266.** Ad istam rationem dicitur quod casus est impossibilis pro  
 eo quod supponit<sup>3096</sup> unum impossibile, videlicet quod in tali latitudine  
 sit aliquis gradus supremus. Nam quocumque gradu dato potest dari  
 3090 perfectior, et ideo non est possibilis aliquis talis supremus. Sed tota  
 huiusmodi latitudo habet tantummodo terminum exclusivum ipsum,  
 videlicet Deum. Nec modus arguendi videtur validus, quoniam per  
 similem modum probabo quod si Deus produceret talem speciem  
 3095 infinitam quod de facto aliquis gradus citra talem speciem esset  
*infinitus*. Probo: nam signetur talis species per *a*, et tota latitudo  
 exclusive ad *a* terminata per *b*. Et quaero: numquid *b* sit tantum finita  
 vel infinita? Non est dicendum quod finita, quia tunc *a* tantummodo  
 per finitam latitudinem distaret a non-esse simpliciter, et sic *a* non  
 3100 esset infinitum, quod est contra positionem. Si ergo infinita sit, ergo *c*  
 gradus, qui si esset, inclusive terminaret *b* latitudinem. Tunc sic: *c* et *b*  
 sunt *aequalia*, et *b* est infinitum, ergo et *c*; et *c* est citra *a* quae est  
 species infinita primo data; ergo propositum. Et sicut arguo de *c*  
 respectu *a*, ita arguerem de uno alio respectu *c*, quod videtur falsum.  
 Et per consequens appetat quod positio huiusmodi est impossibilis. Et  
 3105 tota ratio est, quia imaginari supremum inclusivum, ubi non est  
 possibile, non est mirum si talis conclusio sequi videatur. Unde posset  
 concedi quod Deus posset producere *b* et non posset producere *b*,  
 propter falsam et impossibilem implicationem in imaginatione  
 argumenti..

**267.** Ad secundum cum dicitur quod si talis species non posset a  
 Deo produci, hoc maxime videretur propter hoc quod talis species  
 esset Deo aequalis, concedo. Ad improbationem cum dicitur quod  
 adhuc Deus immense excederet talem speciem per hoc quod talis  
 species mensuraretur penes latitudinem quam formaliter continet, et  
 3115 non Deus, hic dico quod si talis species poneretur, omnem rationem  
 mensurae quam haberet, Deus haberet, et ipsa species pro eo quod

C 166vb

---

**3096** exclusive] *scrip. pos. a sed corr. signis transp. C*    **3097** tantummodo] *scrip. pos.*  
*latitudinem sed corr. signis transp. C*

---

**3110** Ad secundum] Cf. supra n. 262.

esset sibi aequalis ex quo tot denominationes perfectionum simpliciter, quot Deus continet, talis species contineret, cum alliunde in Deo non consurgat perfectio nisi per hoc quod sibi infinite numero modo infinito perfectiones simpliciter correspondent; quare etc..

3120

**268.** Verumtamen, quia rationes tres adductae pro ista opinione non multum concludunt contra ipsam opinionem, ideo ad ipsas respondeo ad utilitatem ipsam volentium sustineri.

**269.** Ad primam igitur cum tangit illam radicem quod tunc talis species esset infinita iustitia et per consequens impeccabilis per naturam, hic dico pro materia argumenti quod iustitia, quae est denominatio perfectionis simpliciter, non solum competit generi accidentis, sed etiam generi substantiae. Et sic dico quod in tali casu talis species producta esset infinita iustitia. Et cum infertur ex hoc quod esset impeccabilis per naturam, dico quod consequentia non valet.

3125

**270.** Pro quo est advertendum quod iustitia duplicitate sumitur: vel pro iustitia actuali vel pro iustitia habituali. Primo modo idem est quod iuste agere. Secundo modo idem est quod posse iuste agere. Primo modo non dicit denominationem perfectionis simpliciter, quia tunc Deus aeternaliter caruisset aliqua perfectione simpliciter, cum ad intra proprie Deo non competit actio per modum iustitie practicae, ut ex hoc laudem vel vituperium habeat, quia sua actio ad intra est mere necessaria et non cadens sub ambitu contradictionis libertatis. Secundo modo dicit denominationem perfectionis simpliciter. Nunc autem data huiusmodi specie sibi corresponderet denominatio talis quae dicit perfectionem simpliciter; sed ex hoc non tollitur quin posset oblique operari.

3135

**271.** Et si DICATUR: cur tam varie in Deo et in tali specie? Hic DICO quod in Deo non potest aliqua potentia exire in actum aliquem quin sit tali actui necessitas conformitatis ad suam bonitatem annexa. Sed non sic est de tali specie cui quaelibet ratio mere contingenter correspondet. Et tota ratio videtur dependentia subsistentiae et modus participandi perfectiones simpliciter qui varius in utrolibet reperitur.

3140

**272.** Ad secundum cum dicitur quod data ista specie, tunc Dei activitas a sua entitate excederetur, nego istud. Et cum dicitur quod potentia videtur habere terminum adaequatum et tamen adhuc Dei essentia talem terminum excederet, hic dico quod adhuc Dei potentia immense talem speciem excederet, pro eo quod infinites posset talem

3150

---

3139 ambitu] mere *add. sed del.* C 3147 Sed] *iter. sed del.* C

---

3124 Ad primam] Cf. supra n. 261. 3150 Ad secundum] Cf. supra n. 262.

3155 speciem destruere et totiens reparare. Et ideo Dei potentiae ad talem effectum semper esset ... .... posset in esse producere; quare etc.

**273.** Ad tertium cum dicitur quod tunc talis species adaequaret actum divini amoris, negatur, quia dato quod talis species produceretur, non haberet propter hoc omnem modum diligibilitatis et 3160 perfectionis, quia non necessitatem, non independentiam, et sic de multis aliis; non causalitatem quocumque alterius esse concursu excluso; quare non parum concludit.

**274.** Sed tertia via tenet pro conclusione certissima quod in essentialiter ordinatis non est possibilis processus in infinitum, sed est 3165 aliqua suprema possibilis species et finita. Pro qua possunt adduci duae rationes quae inter ceteras videntur efficaciores. Quarum prima est haec: quodlibet ad aliquod terminatum est finitum et limitatum; sed quodlibet citra Deum est ad ipsum terminatum; ergo quodlibet tale est finitum et limitatum. Cum igitur tota latitudo imaginaria entis 3170 creabilis, sumpta categoriacite, sit terminata ad Deum, sequitur propositum. Et per consequens in ea versus extrellum intensius non est possibilis in infinitum processus. Consequentia patet, nam sicut se habet finitum ad non-terminari, ita infinitum ad terminari. Sed contradictionem includit aliquid esse finitum et non-terminatum, ergo 3175 et similiter aliquid esse infinitum et terminatum; quod est propositum.

**275.** Praeterea, in omni ordine ad quem sit processus ad unitatem et actum, impossibilis est<sup>C 167rb</sup> processus in infinitum; sed processus versus Deum est ordo ad quem fit processus ad unitatem et actum; ergo propositum. Consequentia et minor patent. Et maior 3180 appetit in numeris ubi maxime sumitur imaginatio procedendi. Constat namque quod a quocumque numero ad unitatem semper est status. Unde processus in infinitum causatur ex potentialitate versus materiam, ut patet in divisione continui per cuius considerationem crescit numerus in infinitum; quare propositum.

**276.** Et praeterea, istam viam tenentes, leviter responderent ad tres rationes factas pro prima conclusione. Ad primam cum dicitur quod si talis species produceretur et esset suprema possibilis et finita, tunc Dei potentia esset ad extra terminata ad maximum in quod potest, hic dico quod secundum istam viam, dato quod Deus produceret 3190 huiusmodi speciem, adhuc posset sine numero multas tales producere, licet intensive nullam posset perfectiorem producere, non ex defectu potentiae, sed ex natura limitationis rei perfectibilis, sicut modo Deus

---

3173 non-terminari] terminari *sed corr. mg. C*

---

3157 Ad tertium] Cf. supra n. 263. 3186 Ad primam] Cf. supra n. 241.

non posset facere circulum infinitum, quia naturae circuli repugnat infinitas, licet posset duos, tres, quatuor, et sic in infinitum producere.

**277.** Unde apparet quod cum dicimus aliquam potentiam per maximum terminari, intelligimus quod ex parte sua non potest amplius producere, cuiusmodi non est in proposito. Et ideo generaliter, secundum istam viam, cum in sacris auctoritatibus reperitur quod infinita Deus potest producere, intelligendi sunt secundum numerum et non secundum processum ad sursum. 3195

**278.** Ad secundum cum dicitur quod latitudo possibilitatis effectus non praesupponentis materiale principium est tanta quanta est perfectio sui principii productivi, istud negaretur propter causam superius assignatam. Et ad probationem cum dicitur quod omnia relativa sunt aequalis latitudinis, apparet quod est falsum. Nam si Deus solum produceret unum ens finitum, adhuc esset causa illius, et tamen non oporteret dicere quod Deus esset praecise in esse causae tante perfectus quante talis effectus, cum adhuc modus Dei agendi esset infinitus. 3200

**279.** Ad tertium vero cum dicitur quod si talis species suprema esset Deo immediata, quae tamen esset finita, quod Deus distaret finite a non-gradu simpliciter, ista consequentia negaretur. Nec est imaginandum quod Deus per aliquam latitudinem talem, sed solum sua essentia est sibi ratio distandi a quocumque distat, cum illud sit imaginarium vel reale; quare ratio non concludit. 3210

C 167va

**280.** Rationes etiam duae pro ista opinione adductae parum concludit. Prima quae dicit quod infinitum terminari videtur impossibile. Hic dico quod aliquid terminari secundum unam rationem et non secundum aliam nullum videtur inconveniens. Nam linea terminatur ad punctum, secundum vulgatam imaginationem, et tamen in ea potest fieri processus in infinitum secundum partes proportionales versus illum punctum. Et ideo secundum rationem qua fit processus in infinitum, non datur terminus; et sic est in proposito quod inter Deum et quamcumque speciem finitam signatam a tali specie ad Deum potest fieri processus in infinitum secundum additionem finitam, licet Deus sit terminus talis processus. Unde potest dici quod processum in infinitum terminari versus sursum potest intelligi dupliciter: vel terminari per aliquid finitum, vel per aliquid infinitum. Primo modo in additione perfectionis est impossibile; sed secundo modo est possibile ut declaratum est. Sed 3220

3215

3225

3230

---

3208 Dei agendi] inv. sed corr. signis transp. C

---

3201 Ad secundum] Cf. supra n. 243. 3210 Ad tertium] Cf. supra n. 246.

quod fiat processus in diminutione sive ad finitum sive ad infinitum, hoc est possibile; quare propositum.

3235 **281.** Ad secundum cum dicitur quod in omni ordine ad quem fit processus ad unitatem non est possibilis processus in infinitum, hic dico quod hoc verum est, cum sit ad unitatem finitam intensive processus, non autem cum proceditur ad aliquid quod est unum intensive infinitum.

3240 **282.** Et si DICATUR quod secundum hoc per processum in infinitum non poneretur primitas in ordine entium simpliciter, quod tamen negant communiter doctores, hic DICO, secundum istam viam, quod talis processus est indifferens ad probandum aliquid esse primum, sed potius probatur per rationem independentiae seu conservationis rerum, ut alias declaravi iuxta viam praefati doctoris.

3245 **283.** Illud ergo, quod mihi de praesenti quaesito videtur, dicendum est quod quaelibet istarum viarum potest sustineri probabiliter. Sed non potest aliqua ipsarum pro statu viae inducere naturalis luminis rationibus convincentibus impugnari quounque ... ... ... speculo conspexerimus quae sit divinae potentiae latitudo ... et profundum. Et in hoc iste primus articulus termiantur.

---

3233 Ad secundum] Cf. supra n. 275.